DE IVRE ASYLORVM

LIBER *Singularis*

PETRI SARPI I.C.

Alias

PATRIS PAVLI SERVITÆ.

Acceſſerunt VIRI *Eruditi*

DE ASYLIS

Collectanea.

VENETIIS,
Apud ROBERTVM MEIETTI.

M. DC. LXXVII.

Digitized by Google

AVGERIVS FRIKELBVRGIVS IVRIS-CONSVLTVS,

GIRARDO MALDECHEMIO.

S. D.

INCIDIT *nuper in manus meas Itali cujuſdam Tractatus* De Iure Aſylorum, *quo cuncta, quæ de hac re in mentem venire poſſunt, non perpenduntur & examinantur modo, ſed*

& definiuntur ex legum præſcripto ; clara profectò doctaque & perfacili methodo. Operæ me pretium facturum exiſtimavi, ſi, utcunque poſſem, Latine facerem, quæ magnus vir Italice conſcripſit : tum ut elegantiſſimum Opus, ab iis etiam, qui Italice neſciunt, legi & intelligi poſſit; tum etiam, ut tu ipſe, mi Gerarde, *tuique ſimiles, pietate aliquanto plus quam addicti, cognoſcere poſſitis, quid Itali, nationum omnium religioſiſſimi hac de re ſentiant : dum Eccleſiarum quidem immunitatem non ſolum tuentur, atque ſartam tectam conſervant, ſed auctam & amplifica-*

pliſicatam quam maxime volunt. Iuſtitiam vero, qua delicta plectuntur, & publica quies & tranquillitas maxime ſuſtinetur, tantum abeſt ut opprimant, ut etiam ubique adminiſtrari atque exerceri decernant. Quo egregio temperamento non Eccleſiæ minus, quam forum & tribunalia, ſuum jus retinere poſſint. Vale.

DE

DE IVRE ASYLORVM

LIBER SINGVLARIS.

Inſtitutum Operis & Summa.

SCRIPTORVM in Iuriſprudentia greges atque diſſidia, adeo rem quamlibet facilem & expeditam obruunt & abſcondunt, ut per mihi mirum videri

non poſſit, ſi Eccleſiarum, quam vocant, immunitas, tot Pontificum decretis ſtatutíſque legibus clara, Doctorum adverſis opinionibus atque ſententiis mirum quantum diſtracta ac dilaniata, vix ſpeciem referat ſui; ſitque ſæpius in cauſa, ut inter Eccleſiaſticos & Laicos Magiſtratus, multæ & magnæ, immo vero inexplicabiles, contentiones oriantur. Quam ob rem frequenter in mentem venit, quam recte, & ex uſu publico faceret is, qui

rem

rem tanti ponderis ac momenti, diſputationibus, quæ veritatem huc illuc trahere ſolent, omiſſis; ſine ſpe & ambitione, graviter & accuratè tractaret. Sed quo magis id optabam fieri, eo quoque impenſius à ſcriptione abhorrebat animus. Modo vero cum tuas accepi litteras, Præſul Sanctiſſime, quibus me diu repugnantem & inuitum, ad ſcribendum hac de re, ſumma, qua polles, autoritate, compellis potius quam invitas & allicis; tuo qui-

dem imperio, prout maximè decet; obtemperare decrevi: ſed brevi, certaque methodo, ut

1 Quid leges Principum,

Quid Eccleſiaſtica jura ſtatuant Primo videamus,

2 Rationes Deinde, e quibus tot ſcriptorum opiniones inter ſe repugnantes originem traxerunt, afferamus in medium. Vt Demum,

3 Quid in judiciis, & praxi omnino ſtatuendum ſit,

à quo-

à quolibet cognoſci poſſit, nec valeant in poſterum nonnulli e dupondio Iuriſconſulti, aut verius numeris omnibus abſoluti aſſentatores, tam præclare imponere & fucum facere judicantibus.

CAPVT I.

De Principum legibus Eccleſiaſticiſque Conſtitutionibus.

TOTIS quingentis annis poſt Chriſtum Ieſum natum nullus eſt Eccleſiaſticus Canon, qui de hac immunitate decernat. Imperatorum tantummodo legibus ſtatuitur; quarum ſex à Iuſtiniano in Iuris Civilis corpus relatæ ſunt. Harum primam Arcadius & Honorius Auguſti, anno poſt Chriſtum natum CCCXCVII. ſta-

tuerunt, *Iudæos, qui reatu aliquo vel debitis fatigati, ſimulant ſe Chriſtianæ legi velle conjungi, ut ad Eccleſias confugientes evitare poſſint crimina vel pondera debitorum; arceri* debere, *nec ante ſuſcipi, quam debita univerſa reddiderint, vel fuerint innocentia demonſtrata purgati.* *l. Iudæi. C. de iis qui ad Eccleſ.*

Poſt hanc legem idem Honorius cum Theodoſio anno CDXIV. generatim ſanxit, *Nemini licere ad ſacroſanctas Eccleſias confugientes abducere*, ea conditione, *ut ſi quiſquam con-* *Eod. l. Fideliis.*

tra hanc legem venire tentaſſet, ſciret ſe Majeſtatis crimine eſſe retinendum.

At anno CDXXXII. Theodoſius ipſe una cum Valentiniano legem tulit, ut *ſervus, ſi in Eccleſiam altariave armatus irruerit, exinde protinus abſtrahatur, vel continuo Domino indicetur, eidémque mox abſtrahendi copia non negetur*; immo vero, *ſi armorum fiducia reſiſtendi animum conceperit; abripiendi, extrahendique quibus id poteſt efficere viribus, atque pugnando impune occidendi.* Eadem lege Domino

Eod. l. Si ſervus.

no facultatem facit. Martianus verò Imperator anno CDLI. edita lege, *ſeditiones omnes, conclamationes, tumultum, & impetum in ſacroſanctis Eccleſiis, & aliis venerabilibus locis, in quibus vota competit celebrari*, omnino vetuit; *ultimi ſupplicii* pœna propoſita. *Eod. l. Denuntiamus.*

Et anno CDLXVI. Leo Imperator *lege* decrevit *per omnia loca valiturâ, excepta urbe Regia, in qua degens ipſe, quoties uſus exigeret, præſentanea conſtituta præſtaret; nullos penitus de ſacroſanctis Eccleſiis expelli* *Eod. l. Præcip.*

aut trahi, vel protrahi confugas, nec pro his epiſcopos exigi, quæ ab ipſis debeantur; iis qui hoc moliri auſi fuerint, capitali & ultimi ſupplicii animadverſione plectendis: ſed ipſis ſervata locis reverentia vadari poſſint refugæ, & judicum, quibus ſubjacent ſententiis moneri, atque eorum arbitrio, ſive per ſe, ſive inſtructo ſolemniter procuratore, in ejus judicis, cujus pulſatur ſententiis, examine reſpondere: Multis conſtitutis ſanctionibus, ut creditores ſolvi poſſint à debitoribus ad Eccleſiam con-

fugien-

fugientibus : *Servos autem, & Colonos, familiares, ſive libertos, & alias domeſticas perſonas, vel conditioni ſubditas, ſi ad ſacroſancta ſe loca contulerint; ubi remiſſione, venia, & ſacramenti interventione ſecuri ſint; ad locum, ſtatúmque proprium reverti debere.*

Iuſtinianus denique ipſe anno DXXXVI. veluti non minus juſtam & rectam, quam uſu receptam ſanctionem refert, & conſtituit, *Neque homicidis, neque Adulteris, neque Virginum raptoribus delinquentibus* *Auth. de mand. princ. coll. 3.*

terminorum cautelam cuſtodiendam, immo extrahendos, & ſupplicium eis inferendum: Cum templorum cautela, non nocentibus, ſed læſis, detur à lege: & non ſit poſſibile, utrumque tueri cautela ſacrorum locorum, & lædentem & læſum. Plura ſunt notabilia, quæ ex hiſce legibus manifeſtè conſtant.

I. Eccleſiaſticos Præſules iis temporibus ne cogitaſſe quidem ad officium ſuum pertinere, ut leges aut conſtitutiones conderent de Eccleſiarum immunitate, immo vero,

cum certo ſcirent, Principis eſſe id ſtatuere, ab eo leges accepiſſe. Huc accedit, quod anno CCCXCIX. Concilium, ut vocant, generale Aphricanum, miſit Epigonium & Vincentium Epiſcopos ad Honorium Cæſarem, qui ſimpliciter peterent, ut ii, qui ad Eccleſias Aphricanas confugerent, licet delicta perpetraſſent, ab iis non extraherentur.

II. De hac Eccleſiarum immunitate, ne verbum quidem factum fuiſſe, non modo dum Ro-

mani Imperatores Idolorum cultores fuerunt; ſed etiam centum annos poſtquam ſibi Chriſtianam religionem induerunt, nullam omnino ejuſdem immunitatis mentionem eſſe factam, cum nulla hac de re lex reperiatur Conſtantini, aut aliorum Imperatorum, uſque ad Arcadium. Hujus autem rei certiſſima cauſa haud longe quærenda eſt. Etenim, ſi Chriſti fideles ea tempeſtate, prout omnibus conſpicuum eſt, nulla ratione in Eccleſiis admit-

tebant eos, qui cujuſvis generis delicta publicè admiſiſſent; quanam ratione fieri poteſt, ut eoſdem contra lictores & Magiſtratus tuerentur in templis, à quibus perpetuo arcebantur? Id autem eo certius ſtatuendum, quo Iuris Canonici conſulti hiſce temporibus pro certo conſtituunt, qui ab Eccleſiæ limitibus reiicitur, eundem ad Eccleſiam confugere non poſſe. Clara eſt Hiſtoria primam illam reorum, qui ad Eccleſiam confugiebant, pro-

tectionem, non aliorum fuiſſe, quàm Iudæorum ac infidelium, qui eo ſe recipiebant, promittentes, velle ſe Chriſtianam religionem amplecti, cum eo nomine facile Clericorum ſtudium, qui Chriſtianam pietatem auctam atque amplificatam maxime vellent, in ſe converterent.

III. Eccleſiarum ipſam immunitatem initio ſine ullo fundamento, immo, ut aiunt, *de facto*, in Chriſtianam rempublicam introductam fuiſſe, quamobrem

obrem prima illa Arcadii lex anno à Chriſto nato cccxcyII. promulgata, non alio ſpectat, quam ut abuſus de facto invecti tollantur. Nihil enim pro Eccleſiarum immunitate conſtituit, ſed morem damnat, & antiquat, quo religionis ſpecie Iudæos Eccleſiaſtici viri tuebantur, ne ſolverent quod deberent; & pro delictis non punirentur. Quod ſane cuíque admirationi eſſe non debet. Etenim anno cccxcII. cum jam mala, ut ſæpe ſit, conſue-

tudo invaluiſſet, ut etiam Fiſci adminiſtratores, Reipublicæ reditus in ſe converterent, & ad Eccleſias poſtea confugerent, lege ſancitum eſt: eos debitores Eccleſia ſe tueri non poſſe: quod ſi Epiſcopus aut Clerici eos abſconderent, ſolverent ipſi Reip. debitum. Neceſſitas vero, qua Principes impulſi adeo gravem abuſum latis legibus auferre debuerunt, clarius apparet ex eo, quod anno cccxcviii. iidem Imperatores conſtituerunt, acrius etiam in

c. Theod. de his qui ad Eccl. l. 1.

c. de Epiſ. l. 16.

Epiſcopos invecti, cum Clerici atque Monachi eo audaciæ progreſſi fuiſſent, ut reos, etiam ob perpetrata facinora neci deſtinatos, Clericorum manu coacta, vi, & armis lictoribus eriperent. Cui ſane rei juſtiſſima, eadémque ſevera lege obviam itum eſt.

IV. Severitatem illam, perduellionis pœnæ, iis qui Eccleſiarum immunitatem violaſſent injunctæ, non quidem in magiſtratus, aut eos, qui Reipublicæ perſonam gerunt, ſed in

in privatos intendere leges omnes. Id vero pro comperto habebit quiſquis Romanorum mores ac inſtituta meminerit, apud quos non cujuſquam judicis lictores nec miniſtri, reos ipſos aut rei capitalis aut debiti detinebant, ſed creditoribus ipſis, aut iis, qui injuriam acceperant, reum obtorto collo in judicium trahere jus erat: quod cum in Eccleſiis etiam ipſis indecenter facerent, reóſque vi, & impetu, ab altaribus divellerent, & in jus rape-

rent, in eos lata lex: nec alio ſenſu à D. Gregorio Pont. Maximo ejus nominis primo, laudata eſt. Lib. 11. Ep. 12.
Quod etiam clarius conſtat ex alia Martiani lege anno CCCCLI. qua de *ſeditioſis*, *& turbantibus* ac *tumultuoſis*, habetur ſermo: non autem de iis, qui cum imperio aut poteſtate ſunt, quique publica autoritate & juris ordine utuntur: quibus non erat opus ut Eccleſiarum honos atque exiſtimatio commendaretur, cum ad eam amplificandam plus æquo

etiam

etiam proni viderentur: ſed erat potius neceſſe eos excitare ad juſtitiæ cultum, pietatis ac religionis ſpecie non deſerendum. Quod lege ipſa Iuſtiniani anno DXXXVI. factum eſt, dum ſancitur, ne in atrocioribus delictis, reis ad Eccleſiam confugientibus, immunitatem concederent.

V. Leonem Imperatorem anno DCCCLXVI. formam quidem, & rationem exteris præſcribere, qua uti debeant, cum ſervi aut debitores ad Eccle-

ſias confugiant: ſed Civitatem ipſam Imperii caput excepiſſe ex eo, quod ipſe præſens poſſet, prout res ipſa ferret, quicquid vellet ſtatuere. Id vero clariſſime oſtendit, Eccleſiaſticis viris in re ancipiti ac dubia nullum omnino jus ſtatuendi fuiſſe; immo vero cuncta ad Principem fuiſſe relata.

Hæc omnia, ut leges ipſæ, & eorum ſeculorum uſus exactius intelligi poſſint, operæ pretium fore exiſtimavi, ut explicarentur, iis enim decurſis tem-

poribus, cum ab Imperio multæ Chriſtianę Provinciæ ſe ſubtraxerint, & Imperatorum leges ratas non habuerint; uterentur vero Principes atque Barbaræ gentes, quæ novos erigebant ubique principatus, ſimplicioribus atque rudioribus legibus, inter quas nulla de iis qui ad Eccleſias confugiebant, quicquam ſtatuebat; Eccleſiarum ipſi Præſules, quibus Principes poteſtatem faciebant, leges ſtatuerunt, quas modo Canones vocant,

de Eccleſiarum immunitate: prout quilibet ipſorum, regioni, atque populis ſibi commendatis conducere atque convenire arbitrabatur. Ex iis vero undecim in juris Pontificii corpus redactæ ſunt.

Statuit Nicolaus Pont. Max. eius nominis Primus, ut *Maior Eccleſia per circuitum* XL *paſſus habeat; Capellæ vero, vel minores Eccleſiæ* XXX: *Qui autem confinia earum confringere tentaverit, aut perſonam hominis, vel bona eius, inde* I. *C.17.q.4.C.ſicut antiquitus.*

B *ſub-*

ſubtraxerit, niſi publicus latro fuerit, quouſque emendet, & quod rapuerit, reddat, excommunicetur.

II. *Eod. C. miror.* Epiſtolæ pars ſequitur, quæ Auguſtino Divo tribuitur, ea vero Bonifacius Comes acerbe reprehenditur, eique *communio interdicitur*, quod *hominem de Eccleſia rapuiſſet*, eundemque, ut reſtituat, mandatur.

III. *Eod. C. reum.* Decernit Capitulare, vt vocant, Caroli Cæſaris, cognomento Magni, ut *reum ad Eccleſiam confugientem nemo abſtrahere audeat,*

deat, neque inde donare ad pœnam vel ad mortem, vt honor Dei & ſanctorum eius conſeruetur; ſed Rectores Eccleſiarum, pacem, & vitam, ac membra eius, obtinere ſtudeant, ea *tamen* ratione, *vt legitime componat, quod inique fecit.*

Gelaſius vero Romanus Pontifex Epiphanium Beneventanum Præſulem laudat, qui *Benenatum, & Maurum, eiuſdem ciuitatis municipes ſacra communione indignos iudicauerat.* ex eo, *quod Curialem ſuum in ſanctuarijs conſtitutum, relu-* IV. *Eod. C. pater.*

ſtantem , reclamantemque, *violenter abſtraxerant*; quod etiam Pontifex ipſe *auctoritate ſua* confirmat.

V. *Eod. ad Epiſcopos.* Idem quoque generatim ſtatuens , vt Epiſcopi eos, qui Eccleſias violaſſe perhibentur , acceſſu earum judicent eſſe indignos.

VI. *Eod. C. metuētes.* Conſtituitur ulterius, *ſi metuentes dominos famuli ad Eccleſiæ ſepta confugerint*, eoſdem, cum *de impunitate ſacramentum domino delatum fuerit* , *ſtatim ad Dominum ſuum modis omnibus remeare debere*, *aut ſi in pertinacia*

naciа forte perſtiterint poſt ſacramentum præſtitum reddi vel invitos.

Quod etiam ſequenti Capite videtur ſanxiſſe: immo vero ſanctionem ad innocentem tantummodo ſervum coarctans redegit. Etenim qui egreſſus è *Barbarorum Baſilica* fuerat *ſub hac conditione*, ut, *ſi actus ſuos fideliter & rationabiliter allegaret, nihil circa cum prorſus aſperum durumque fieret; cum ad ſingula quæque ita convictus* eſſet, *ut os aperire non* poſſet, & vera eſſe, quæ obii- VII. *Eod. C. uxor.*

cerentur voce propria ſateretur; eumdem ſtatuit *teneri cuſtodiæ mancipatum.*

VIII. *Eod. C. nullus.* Concilium Ilerdenſe decrevit, ut nullus Clericorum *Seruum aut diſcipulum ſuum, fugientem ad Eccleſiam, extrahere audeat, vel flagellare præſumat: quod ſi fecerit, donec digne pæniteat, à loco, cui honorem non dedit, ſegregetur.*

IX. *Eod. C. ſi quis contumax.* Triburienſe vero ſanxit, *ſi quis fugientem ſeruum ſuum, vel quem ipſe perſecutus fuerit, de Atrio Eccleſiæ, vel de porticibus Eccleſiæ adhærentibus per vim extraxerit;*

rit; eum pro immunitate nongentos ſolidos Epiſcopo componere, & publica pænitentia juſto judicio Epiſcopi mulctari debere.

Sed Toletanum in Hiſpania immunitatem conſtituit, eamque ad triginta paſſus in toto circuitu uniuſcujuſq; Eccleſiæ amplificavit; *quod ſi quis violaverit, & Eccleſiaſticæ excommunicationi* ſubjecit, & *ſeveritatis Regiæ ſententiis*; ea tamen conditione, *ut ſi fuga talium evenerit, Sacerdoti quærenda ſit, aut damnorum ſententia ſecundum* X. *Eod. C. definivit.*

electionem Principis hujuſmodi ſacerdotibus irroganda.

XI. *Eod. C. idem cõſtituim⁹.* Concilium deniq; Aurelianenſe primum decrevit, *ut ab Eccleſiæ Atriis, vel Domo Epiſcopi reos abſtrahere omnino non liceat; ſed nec alteri conſignare, niſi ad Evangelia datis ſacramentis de morte, & debilitate, & omni pænarum genere ſint ſecuri: ita* tamen *ut ei, cui reus criminoſus fuerit, de ſatisfactione conveniat. Servus etiam, qui ad Eccleſiam confugerit pro qualibet culpa, ſi à Domino pro admiſſa culpa ſacramentum ſuſceperit, ſtatim*

tim ad ſervitium Domini ſui redire cogatur.

Hiſce in Conſtitutionibus multa ſunt animadverſione digniſſima.

Primo, non eſſe in juris Canonici corpus redactas, temporis habita ratione: ſed earum primam eſſe Ilerdenſis Concilii, Anno DVII. poſtquam Hiſpaniæ à Romano imperio ſe ſubtraxerant: quo factum eſt, ut Epiſcopi ii, qui certo ſciebant quantum ſua ſe extenderet autoritas, Eccleſiaſticis tantum viris imperarent;

cæteris non item : ut ex ipſomet Canone clariſſimum, & cuique obvium eſt. Sed centum pòſt annis, ut Laicos etiam includerent Reges rogarunt, ut ad Eccleſias confugientes, ob ſacri loci reverentiam, Regiæ ſolum pietati, & juſtitiæ committerentur: tandemque anno DCLXXXI. in ea Conſtitutione, quæ decima eſt ex iis, quæ ſupra adductæ fuerunt, omnibus commune decretum ſanxerunt; ſed Regis conſenſu adhibito : quod in

Tolet. 6. c.12.

ejus,

ejus Concilii libris particulariter expreſſum eſt, his ipſis verbis : *Conſentiente glorioſiſſimo Domino Noſtro Eringio Rege hoc, ſanctum Concilium definivit*; licet in corpore Conciliorum ſcriptum ſit ſolummodo, *Definivit ſanctum Concilium*, iis ſublatis verbis, quæ Regis conſenſum oſtendebant : quod maxime advertendum eſt. Secunda verò Conſtitutio, ſi temporum ſeriem inſpexeris, eſt Aurelianenſis Concilii, Anno DXII. Clodoveo Primo

Francorum Rege: quod pariter Regis ipſius ſanctione factum, ejúſque autoritate confirmatum eſt. Quamobrem hæ leges etiam ſunt Principum, & Regum Laicorum, eorum juſſu ſancitæ, & promulgatæ, licet inter Canones poſitæ fuerint: ſicut etiam Canon ille ex Capitulari Caroli Magni ſancitus fuit in *Reductione*, quam dicunt, *trium Galliæ Statuum*, cum Principis confirmatione. Hinc manifeſtè patet, etiam poſt inclinatum Occidentis Im-

perium, uſque ad Annum DCCCL. Eccleſiarum immunitatem nullibi, niſi Laicorum Principum legibus innixam fuiſſe.

Secundo conſiderandum eſt, ex iis Canonibus, quos ſupra retulimus, duos Reo in Eccleſiam fugienti nullam afferre ſalutem, niſi ea conditione, ut erroribus, atque incommodis remedium adhibeatur, & iis, qui detrimentum, aut injuriam acceperint, ſatisfiat. Res quidem magni

pon-

ponderis, atque momenti, quamque adeo ex uſu publico, & neceſſariam
Lib. 1. ep. 8. D. Gregorius Pont. Max. judicavit: ut ſcilicet Refugium ad Eccleſiam Reo quidem prodeſſe poſſit; ſed ita poſſit, ut nulli noceat omnino. Id vero ab eo, quod hiſce temporibus Eccleſiaſtici viri ſibi arrogant, mirum in modum diſtat. Etenim qui Reos ad Eccleſias confugientes modo tuentur, nullam prorſus rationem habent aut eorum, qui injuriis affecti ſunt, aut publi-

publicæ tranquillitatis, quā priſcis temporibus adeo magni faciebant, ut in Canone Toletano, qui ex iis ſuperius allatis decimus eſt, ſtatutum fuerit; *ſi Reus in Eccleſia tutus, ab ea fugerit, neque*, ut ſupra dictum eſt, *ſatisfecerit; Damnorum ſententiam ſecundum electionem Principis Sacerdotibus irrogandam*: licet *Gloſſa*, ut moris eſt, *Textui* contraria, declaret *Principis*, *id eſt*, *Iudicis Eccleſiaſtici*. Quod ſine ingenti riſu nemo certe ſanæ mentis legere poteſt.

Tertio notandum eſt, ex iiſdem Canonibus quinque *excommunicationis* pœnam ſtatuere: ſed nullum omnino eam irrogare, ut aiunt, *ipſo facto*: ut ſcilicet, Reo avulſo ab Eccleſia, ſit illico qui eum extraxerit diris devotus, & Chriſti fidelium communione privatus. Sed ſunt Canones, ut vocant, *ferendæ ſententiæ*; ut poſtquam Reus extractus fuerit, debeat Prælatus monere, & niſi fuerit reſtitutus, aut juſta detinendi cauſa allata; tunc demum

poſſit

poſſit ad *excommunicationis* ſententiam ferendam accedere.

Quartò conſiderandum eſt, Epiſtolam Auguſtini nomine allatam, ejuſdem certe non eſſe; ſicut etiam xv. aliæ, quæ Sancti illius nomine feruntur ad Bonifacium Comitem conſcriptæ, & Bonifacii ad Auguſtinum, cujuſvis potius, quam eorum eſſe poſſunt. Id vero cum ipſa ſcribendi ratio ſatis ſuperq; demonſtrat, tum multo magis verba verba illa, *Spectabilis*, *&*

Ma-

Magnifici, honoris cauſa Comiti tributa, ab ejus tempeſtatis conſuetudine longe remota, nec ab ipſomet Auguſtino unquam adhibita iis in litteris quas ad eumdem Comitem ipſe perſcripſit, in quibus etiam quam maxima Divus ille vir agit cum modeſtia, non autem ſuperbè, & arroganter, atque imperiosè, prout Sycophanta, quiſquis ille, ſcribere voluit. Quod vero multo magis earum falſitatem vel cæco demonſtrat, Bonifa-

cius Comes nunquam Hipponam incoluit Divi Auguſtini civitatem : ut fieri omnino non poſſit, id unquam accidiſſe, quod ſpuriæ narrant litteræ: Habuiſſe Comitem ibi domicilium, atque familiam.

Quintò notandum eſt, Neminem prorſus eorum Canonum diverſitatem mirari debere. Etenim cum à Conciliis, & Regnorum Prȩlatis ſtatuti fuerint, quilibet eorum, prout ſibi atque regionibus ſuis conducere viſum

eſt,

eſt, Canones conſtituit. Cùm itaque varię regiones diverſas etiam leges requirerent, prout homines plus minúſve ad delicta propenſi erant, vnuſquiſque proprias leges ad regionis ſuę mores adaptauit. Hi vero Canones omnes ante annum à Chriſto nato MCC. promulgati ſunt; deinceps vero Romanorum Pontificum Decretales, quas vocant, ſequuntur.

De imm. Eccl. C. inter alia. Innocentius, ejus nominis Tertius Pontifex, rem potius jam conſtitutam

tam referens, quam novum aliquod jus ſtatuens, duas hominum conditiones affert *juxta ſacrorum ſtatuta Canonum & traditiones legum Civilium*, quę ad Eccleſiam confugere, ibíque ſe tueri poſſunt. Qui ſcilicet, ſtatu liber, facinus aliquod perpetravit, & ſervus, qui à Domino fugit. *Si liber, quantumcumque gravia maleficia perpetraverit, non eſſe violenter ab Eccleſia extrahendum* ſtatuit: *nec eumdem damnari debere ad mortem, vel ad pœnam; ſed Rectores Eccleſiarum*

rum ſibi obtinere debere membra, & vitam: ſuper hoc tamen, quod inique fecit; eſſe alias legitimè puniendum. Tria tamen ſceleſtorum genera excipit, *Publicos Latrones, Nocturnos agrorum depopulatores, & Qui itinera frequentata vel publicas ſtratas obſidet aggreſſionis inſidiis; qui ab Eccleſia extrahi poſſunt. Si vero ſervus ad Eccleſiam confugerit, poſtquam de impunitate ſua Dominus ejus Clericis juramentum præſtiterit, ad ſervitutem Domini ſui redire, compellitur etiam invitus: alioquin*

a Do-

à Domino poterit occupari.

Gregorius autem, ejuſdem nominis Nonus Pontifex declaravit *Eccleſiæ, in qua divina myſteria celebrantur, licet adhuc non extiterit conſecrata, nullo jure privilegium immunitatis adimi.* *Eod. c. Eccleſiæ.*

Idemque addidit, *cum nonnulli impunitatem ſuorum exceſſuum per defenſionem Eccleſiæ obtinere ſperantes, homicidia, & mutilationes membrorum, in ipſis Eccleſiis, vel earum cæmiteriis, committere non vereantur, quæ, niſi per Eccleſiam, ad quam refugiunt, crederent ſe defendi, nullatenus* *Eod. c. immunitatem.*

fuerant

fuerant commiſſuri: tales non debere gaudere privilegio, quo faciunt ſe indignos.

Extravag. Hiſce Ioannes, ejus nominis XXII. Pontifex Romanus, adjunxit etiam, *Hæreticos ſeſe Eccleſiis tueri non poſſe.*

Nec aliæ in medium afferri poſſunt leges, quibus Eccleſiarum immunitas innitatur. Hæ vero omnes adeo claræ ſunt, adeóque faciles, ut ſi in judiciis, atque *Praxi* ſincere, & prout verba exprimunt, adhiberentur, nihil omnino difficultatis ſupereſſet. At cum Iuriſ-

Iuriſconſultorum opinionibus & interpretationibus ad diverſa protrahantur; de his etiam, cauſiſque, unde tot ſcriptorum ſententiæ originem duxere, ſigillatim dicendum eſt.

CAPUT II.

De variis Scriptorum opinionibus circa Eccleſiarum immunitatem, & earum cauſis.

TAnta profecto eſt ſententiarum varietas inter Iuriſperitos, qui de Eccleſiarum immunitate hactenus ſcripſerunt, iiſdemque legibus innituntur, ut

ſine dubio affirmari poſſit, nullam omnino hac de re quæſtionem proponi, aut *Caſum* accidere, in quibus in utramque partem res terminari non valeat, atque adeo Doctorem aliquem teſtem, & auctorem laudare. Ex iis tamen non pauci ſunt, qui non modo excuſationem promereri, ſed commiſerationem etiam commovere debent; librisque vulgatis, non Auctoribus nota quælibet inurenda. Etenim ſicuti in rebus aliis, quæ Eccleſiaſticam, aut ſæcularem juriſ-

dictionem attingunt; ſic etiam in hac ipſa, noviſſimæ impreſſiones cum antiquis non conveniunt; ſed quæcunque Principum jus, & autoritatem promoverent, ablata fuerunt, & ſæpius negativa particula, ut Grammatici loquuntur, addita, vel deleta, miſcellos libros vel invitos, & contra ſcriptoris mentem, pro *Correctoris* Arbitrio loqui coëgerunt. Id vero non modo ex librorum ipſorum variis impreſſionibus invicem collatis manifeſto deprehenditur, ſed *Indici-*

bus ſolummodo *Expurgatoriis* inſpectis, quibus facile ſingula, quæ immutata ſunt, uno aſpectu videri poſſunt. Quare ut in re tam dubia rectam, tutámque viam amplecti liceat, ſtatuendum eſt ante omnia, quaſnam reiicere debeamus, quaſve ſequi Doctorum interpretationes. Id verò facillimè cognoſci poterit, ſi veram illam, & germanam cauſam, ex qua opinionum varietas exorta eſt, animadverterimus. Hæc verò eſt, quia noluerunt Doctores, intra legum

gum ipſarum, & canonum verba, ſuas opiniones, & dicta continere, immo vero amplificationibus, & exceptionibus, quas *fallentias* dicunt, eas adaptarunt, prout æquitati convenire exiſtimaverũt. Qua de cauſa in nullam debent reprehenſionem incurrere: omnes enim nihil antiquius habuerunt, quam ut communem illam, atque diſputationibus cunctis neceſſariam, Regulam juris ſervarent, qua ſtatuitur, *ſi juris ipſius diſpoſitio beneficium alterius, præmiúmve*

reſpiciat, ſitque favorabilis; legum verba, licet preſſa, atque ſtricta, amplificanda, atque extendenda eſſe: ſi vero pœnarum, atque rigoris rationem habet, ſitque invidioſa, quam odioſam appellant, voces eaſdem legum, quamvis latius, & uberius loquantur, preßè tamen, ſtrictimque quatenus jus patitur, explicandas eſſe.

Quæ certe regula naturæ maxime conſona, convenienſque apparet. Etenim, ſicut rerum humanarum ſapientes conſiderant, actiones omnes ſunt ſingulares, nec ulla ratione fieri

ſieri poteſt, ut duæ quælibet ex parte ſint inter ſe ſimiles, atque omnino pares; quo fit, ut ſingulæ propria indigeant regula; lex vero, quæ uti regula quædam univerſalis omnino conſtituenda eſt, neceſſario ob id ipſum, quod univerſalis eſt, manca quodammodo ſit, & imperfecta, aut comprehendens, quæ excipere, aut excipiens, quæ comprehendere deberet. Quamobrem neceſſaria omnino videtur benigna quædam interpretatio, quæ legem dirigat,

& ad æquitatem reducat. Hinc verò proficiſcitur, ut, ſi æquitas amplior videtur, quam legis verba, hæc debeant amplificari, quantum æquitas ipſa poſtulat. At ſi lex eadem verbis extra æquitatis fines, & limites egrediatur, æquum maxime eſt, ut interpretationibus intra eos coërceatur. Vt ſi lege lata pœna impoſita fuerit iis, qui Dei optimi maximi nomen ſanctiſſimum maledictis, probríſque proſcindant, cùm res ipſa, de qua decernitur, pietas ſcilicet
in

in Deum, maxime *favorabilis* exiſtat; juſta interpretatione ad nomen etiam ſacratiſſimæ Virginis ejus matris, atque ſanctorum omnium extenditur. Quod ſi lex altera eum excipiat, qui motu quodam animi violento percitus, atque ira præceps & furens verba protulerit ignominioſa in Deum ipſum; hoc invidioſum eſt, nec de quavis ira intelligendum, ſed juſta interpretatione ad eam tantummodo redigendum quæ celeri, atque inevitabili impetu fertur, mentiſ-

que & rationis uſum ita impedit,ut quid homo ſibi velit, quidve dicat, aut faciat, omnino neſcire poſſit.

Quod vero ſpectat ad Eccleſiarum immunitatē; Nonnulli cum animadverterent eam non alia ratione conſtitutam eſſe, quam ob reverentiam in locum Deo ſacrum, & ex eo ad ipſius Dei maximi honorem, & cultum pertinere; hujus præcipuè rationem habuerunt, idque veluti æquitatis regulam ſtatuentes, cui legum verba adaptari

ptari debeant, cætera cuncta ſuſque deque duxerunt. Cúmque nullus omnino reperiri poſſit honor, quo multo major Deo tribui non debeat, interpretati ſunt, eamdem pariter reverentiam tribuendam eſſe non ſolum Deo ſacris locis, ſed omnibus etiam, quæ iis adhæreant; iiſque cunctis habendam eſſe, quantam maximam animus capere poteſt vel juſtitia ipſa ſuas ſibi res habere juſſa, atque ut aiunt, quibuſcumque pravorum hominum oppreſſionibus

toleratis, ut immunitatis honos iis omnibus locis religiosè concedatur, quæ Eccleſiarum ſpeciem aliquam quomodolibet referre poſſint. Hiſce vero, quaſi fundamentis poſitis, Leges, & Canones omnes de Eccleſiis decernentes, ad ea cuncta protulerunt, quę Cœmeteria, Monaſteria, Oratoria, Sacella, Hoſpitalia vocant, ſeu quovis alio nomine cenſeantur ea, in quibus pietatis opus aliquod peragi videatur. Vbi vero leges ipſæ, & Canones Eccleſiis immunitatem

con-

conceſſerunt, iis tantùm in rebus, quæ vel commiſerationem movere, vel juſta defendi excuſatione poſſint, idque honeſtis, ac tolerabilibus conditionibus; iiſdem amplificare, atque dilatare rem totam ita voluerunt, ut enormia quæque, & graviſſima facinora comprehenderent: quod ſi ratione coacti aliquid exceperint, juſtitiæ tamen, atq; judicibus ipſis eas impoſuerunt conditiones, ut, iis obſervatis, fieri nunquam omnino poſſit, ut debitum juſtitia finem

ob-

obtinere, vixque nomen ſuum, aut ne vix quidem retinere poſſit: quodque caput eſt, non modo perpetrata facinora, atque delicta Eccleſiarum immunitate inulta, impunitaque remanerent, ſed novis etiam, iiſdemque enormibus criminibus aditus tutiſſimus aperiretur; ut qui jam commiſiſſent ſecuri in utramvis aurem dormire facile poſſent; & qui admittere vellent, facilitate allecti, & ſecuritate invitati, nihil prorſus tutum, aut à crimine vacuum relinquerent,

querent. Id enim inter cætera Doctores affirmare auſi ſunt, Principes neque ſententia damnare, neque habere quæſtionem poſſe contra eos, qui ad Eccleſiam confugerunt, neque dum inibi permaneant, nec poſtquam ab ea diſceſſerint: quodque riſum magis, & ſtomachum moveat; ſtatuerunt Eccleſiam ipſam teneri ad alimenta ſceleſtis hominibus præſtanda, dum ad eam confugientes, ibi reſident.

Alii Doctores contra exiſtimarunt, juſtitiam, atque

que delictorum pœnam, publicæque tranquillitatis conſervationem, magis eſſe Deo maximo grata, quam Eccleſiarum immunitatem, idque veluti æquitatis fundamentum inſpicientes, legum verbis, ut ipſa rem quamque notant, acceptis; non permittunt, ut leges, & canones ad alia loca pertrahantur præter ea, quorum ſigillatim mentio facta fuerit; Eccleſias ſcilicet ipſas, quæ reapſe, non autem nomine tantum, Eccleſiæ ſunt. His enim temporibus

tanta

tanta eſt ubique
frequentia, quæ pi
cui mancipata vide
ſi omnia compreh
rentur, jam quæcum ... in-
colimus Eccleſiaſticæ im-
munitatis privilegio dona-
ta eſſent.

Et quoniam gravium delictorum exceptio, in quibus nulla conceditur immunitas, ſpectare juſtitiam videtur, quam æquitatis regulam ſtatuerunt: exceptiones illas aut iiſdem rationibus, aut etiam firmioribus, & validioribus ad alia facinorum ge-

& ad æquitatem reducat. Hinc verò proficiſcitur, ut, ſi æquitas amplior videtur, quam legis verba, hæc debeant amplificari, quantum æquitas ipſa poſtulat. At ſi lex eadem verbis extra æquitatis fines, & limites egrediatur, æquum maxime eſt, ut interpretationibus intra eos coërceatur. Vt ſi lege lata pœna impoſita fuerit iis, qui Dei optimi maximi nomen ſanctiſſimum maledictis, probríſque proſcindant, cùm res ipſa, de qua decernitur, pietas ſcilicet

in Deum, maxime *favorabilis* exiſtat; juſta interpretatione ad nomen etiam ſacratiſſimæ Virginis ejus matris, atque ſanctorum omnium extenditur. Quod ſi lex altera eum excipiat, qui motu quodam animi violento percitus, atque ira præceps & furens verba protulerit ignominioſa in Deum ipſum; hoc invidioſum eſt, nec de quavis ira intelligendum, ſed juſta interpretatione ad eam tantummodo redigendum quæ celeri, atque inevitabili impetu fertur, mentiſ-

que & rationis uſum ita impedit, ut quid homo ſibi velit, quidve dicat, aut faciat, omnino neſcire poſſit.

Quod vero ſpectat ad Eccleſiarum immunitatẽ; Nonnulli cum animadverterent eam non alia ratione conſtitutam eſſe, quam ob reverentiam in locum Deo ſacrum, & ex eo ad ipſius Dei maximi honorem, & cultum pertinere; hujus præcipuè rationem habuerunt, idque veluti æquitatis regulam ſtatuentes, cui legum verba adaptari

ptari debeant, cætera cunćta ſuſque deque duxerunt. Cúmque nullus omnino reperiri poſſit honor, quo multo major Deo tribui non debeat, interpretati ſunt, eamdem pariter reverentiam tribuendam eſſe non ſolum Deo ſacris locis, ſed omnibus etiam, quæ iis adhæreant; iiſque cunctis habendam eſſe, quantam maximam animus capere poteſt vel juſtitia ipſa ſuas ſibi res habere juſſa, atque ut aiunt, quibuſcumque pravorum hominum oppreſſionibus

toleratis, ut immunitatis honos iis omnibus locis religioſè concedatur, quæ Eccleſiarum ſpeciem aliquam quomodolibet referre poſſint. Hiſce vero, quaſi fundamentis poſitis, Leges, & Canones omnes de Eccleſiis decernentes, ad ea cuncta protulerunt, quę Cœmeteria, Monaſteria, Oratoria, Sacella, Hoſpitalia vocant, ſeu quovis alio nomine cenſeantur ea, in quibus pietatis opus aliquod peragi videatur. Vbi vero leges ipſæ, & Canones Eccleſiis immunitatem

con-

conceſſerunt, iis tantùm in rebus, quæ vel commiſerationem movere, vel juſta defendi excuſatione poſſint, idque honeſtis, ac tolerabilibus conditionibus; iiſdem amplificare, atque dilatare rem totam ita voluerunt, ut enormia quæque, & graviſſima facinora comprehenderent: quod ſi ratione coacti aliquid exceperint, juſtitiæ tamen, atq; judicibus ipſis eas impoſuerunt conditiones, ut, iis obſervatis, fieri nunquam omnino poſſit, ut debitum juſtitia finem ob-

obtinere, vixque nomen ſuum, aut ne vix quidem retinere poſſit: quodque caput eſt, non modo perpetrata facinora, atque delicta Eccleſiarum immunitate inulta, impunitaque remanerent, ſed novis etiam, iiſdemque enormibus criminibus aditus tutiſſimus aperiretur; ut qui jam commiſiſſent ſecuri in utramvis aurem dormire facile poſſent; & qui admittere vellent, facilitate allecti, & ſecuritate invitati, nihil prorſus tutum, aut à crimine vacuum relinquerent.

quereat.

querent. Id enim inter cætera Doctores affirmare auſi ſunt, Principes neque ſententia damnare, neque habere quæſtionem poſſe contra eos, qui ad Eccleſiam confugerunt, neque dum inibi permaneant, nec poſtquam ab ea diſceſſerint: quodque riſum magis, & ſtomachum moveat; ſtatuerunt Eccleſiam ipſam teneri ad alimenta ſceleſtis hominibus præſtanda, dum ad eam confugientes, ibi reſident.

Alii Doctores contra exiſtimarunt, juſtitiam, atque

que delictorum pœnam, publicæque tranquillitatis conſervationem, magis eſſe Deo maximo grata, quam Eccleſiarum immunitatem, idque veluti æquitatis fundamentum inſpicientes, legum verbis, ut ipſa rem quamque notant, acceptis; non permittunt, ut leges, & canones ad alia loca pertrahantur præter ea, quorum ſigillatim mentio facta fuerit; Eccleſias ſcilicet ipſas, quæ reapſe, non autem nomine tantum, Eccleſiæ ſunt. His enim temporibus

tanta eſt ubique locorum frequentia, quæ pietati alicui mancipata videntur, ut ſi omnia comprehenderentur, jam quæcumq; incolimus Eccleſiaſticæ immunitatis privilegio donata eſſent.

Et quoniam gravium delictorum exceptio, in quibus nulla conceditur immunitas, ſpectare juſtitiam videtur, quam æquitatis regulam ſtatuerunt: exceptiones illas aut iiſdem rationibus, aut etiam firmioribus, & validioribus ad alia facinorum genera.

nera extenderunt, quæ à legibus, & canonibus minime nominantur, idque tam ample,ut nihil immunitas tueri poſſit, niſi ea, quæ miſericordiam merentur, prout etiam antiquorum fuiſſe videtur ſententia. Factum eſt etiam, ut Doctores aliqui, cum veluti juris, & æquitatis regulam modo hanc, modo illam ex iis, quæ diximus, ſumpſiſſent, variè loquuti ſint, atque à ſemetipſis non ſemel deſciverint. Alii verò neſcientes cuinam præcipuè ex iiſ-

dem regulis adhæreſcere debeant, adeo confusè, & obſcurè perſcripſerint, ut nihil omnino ex eorum ſcriptis elici poſſit. Alii verò doctrinam ſibimet repugnantem habere viſi fuerint, ex eo quod ii, qui eorum libros, prout ipſis conducere viſum eſt, interpolarunt, non mutaverint omnia: quamobrem alibi ſinceræ, atque germanæ ſcriptorum opinionis veſtigia permanent; alibi verò eorum verba, & ſententiæ dumtaxat apparent, qui Autorum men-

tem detorquere prave voluerunt: ut Doctores ſæpius ſibimetipſis contrarii, & inconſtantes, atque volubiles aliorum culpa exiſtimentur.

Igitur qui velit ex Doctorum lectione fructum colligere, faciléque ſtatuere quid ipſe judicare debeat, atque adeo in praxi executioni mandare: neceſſe eſt ut ante omnia certo ſciat, quænam ex iis duabus regulis norma eſſe debeat, qua opiniones examinare, & actiones inſtituere, ac dirigere valeat.

Id vero cum tanti ponderis,atque momenti exiſtat, quanti unuſquiſque facillime cognoſcere poteſt, operæ pretium eſt, ut exacte de ipſo tractemus.

CAPVT III.

Quænam æquitatis norma in judiciis & praxi ſequenda ſit.

HOmines cunctos ad honorem, & gloriam Dei Optimi Maximi non res omnes modo, ſed etiam ſanguinem & vitam profundere debere, adeo

notum, naturæque legibus in omnium animis inſcriptum eſt, ut nihil magis; nobis autem Chriſti fidelibus ipſa quoque fide, ac Religione certiſſimum: ſicuti pariter clarum eſt nobis, ac minimè ambiguum, Duo eſſe honorum genera, quæ Deo tribuuntur. Alterum eadem ipſa ratione tribuitur, quam Deus ipſe nobis conſtituit, quamque à nobis ſe exigere declaravit. Alterum vero ea forma, qua nos ipſi honorem habendum exiſtimamus. Statuit igitur

ſacro-

ſacroſancta Eccleſia unumquemque utríſque teneri, ſed primis, divinis ſcilicet præceptis, multo magis; quod ſi aliquando eveniret, prout rerum humanarum conditio fert, ut non poſſemus utraque ſimul integre præſtare, iis exacte parere debemus, quæ Deus mandavit, omiſſis iis, quæ pendent à noſtra voluntate, ſi impedimento ſint quominus divina præcepta exequi poſſimus. Cùm enim divinum Præceptum foret Moſaica lege firmatum, Parentibus

opem ferendam; cúmque ex hominum pietate ſponte inductum fuiſſet, Templo maxima dona elargiri, Chriſtus Ieſus Deus noſter reprehendit acerrime Phariſæos, qui templo munera offerre, quam Genitoribus auxilium ferre, atque ſubvenire, impenſius laudabant: eámque divino illo, atque ſanctiſſimo ore cauſam adduxit, quod ſcilicet hoc divinum; illud verò humanum præceptum eſſet: ſuóſque docuit fideles nulla eſſe ratione laudanda munera,

nera, quæ templo tribuuntur, ſi impedimento ſint, quominus Parentibus auxiliari poſſimus, prout Deus ipſe præcepit. Id vero ad ea, quæ nunc agimus, mirum in modum conducere, atque accommodari poſſe manifeſto conſtat. Exploratum ſiquidem eſt, juſtitiam diſertè atque expreſsè à Deo præcipi, eaque Deum ſummum honorem ſibi haberi declaraſſe, quæ ſi juſtitia deſit, Principibus ipſis ob id, atque regibus regna, & imperia auferenda, atque

in alios transferenda docet, cujus doctrinæ innumeros poſſem ſacrarum litterarum locos teſtes laudare. Certum pariter eſt Eccleſiarum immunitatem ob innocentium ſecuritatem, & eorum, qui juſtam aliquam erroris excuſationem afferre poſſent, inſtitutam fuiſſe Principum legibus, & Eccleſiaſticis conſtitutionibus ſancitam, ob reverentiam, qua proſequi decet, locum illum Deo ſacrum, non ut Eccleſiæ ex *orationis domibus*, ſcelerum omnium recepta-

ceptacula, & *latronum ſpeluncæ* fierent. Ex his omnibus conſequens eſt neceſſario, ut juſtitiæ habenda ratio, eaque veluti norma, & regula ſpectanda ſit, qua legum omnium de Eccleſiaſtica immunitate ſententiæ, & verba tamquam trutina ponderanda ſint: legéſque omnes, & conſtitutiones ita interpretentur, ut nulla ratione Iuſtitiæ obeſſe, aut impedimento quomodolibet eſſe poſſint. Quoniam juſtitia, ut diximus, honor eſt in Deum, ab ipſo Deo nobis

præceptus, & procul dubio ſemper optimus; Eccleſiarum vero immunitas honor eſt, quem homines ſponte, ac ſine ulla divina præceptione, Deo tribuunt, quique niſi prout maxime decet, adhibeatur, Eccleſiam ipſam non honore, ſed ignominia quam maxima afficit, *latronúmque ſpeluncam* reddit, & ſceleſtorum hominum infame Aſylum. Hæc vero cuncta clarius oſtendit, quod ait Hieremias Propheta, dum populum reprehendit, qui externis
hiſce

hiſce reverentiæ ſignificationibus erga Dei templum plus æquo fidebat, eumque monet, ne hac fiducia niteretur, ſed in Deo ſpem poneret, qui in genus hominum quodlibet juſtitiam exerceret.

Quam ob rem rationi maxime conſentaneum, tutum, atque optimis innixum fundamentis eſt eorum conſilium, atque ſententia, qui ſacrorum locorum immunitatem tuentur quidem, ſed intra certos limites, ne juſtitia pereat, adeo neceſſaria ad pu-

blicam tranquillitatem; conſervandam, tollendaſque injurias, & detrimenta, quæ privatis inferuntur. Et quolibet eventu poterit ſanè vere pius, & Chriſtianus judex, ſi contrarias Iuris Conſultorum opiniones inſpexerit, id in praxi faciendum ſtatuere, quod Eccleſiarum immunitati faveat: ea tamen ratione, ne juſtitiam opprimat.

Quilibet autem, qui mentis aciem intendere voluerit, clare cognoſcet hanc eſſe rationem, qua cunctæ tolli poſſint offen-

ſiones & mala, quæ originem traxerunt ab ipſa varietate non opinionum magis, quam privatarum rationum. Quod ut quivis facilius poſſit perſpicere, afferam quid hac in re Iuris Conſulti ſtatuendum cenſuerint, quodque rei optimæ juxta, atque neceſſariæ utilitatem aliquam afferre poſſit. Vbi vero cuncti in eandem opinionem non convenient, Autorum nomina, qui ſententiam æquiorem probaverint, adſcribam, eorumque tantummodo mentionem

faciam, qui clarioris, & celebrioris ſunt nominis, & exiſtimationis. Sæpius Epiſcopum Covaruviam teſtem laudabo, tum quia Præſul Hiſpanus eſt, qui Tridentino Concilio interfuit, tum etiam quia doctrina, probitate, & pietate maxime clarus ab omnibus, & conſpicuus habetur. Sæpius Proſperum Farinacium, qui diu Romæ vixit, Advocatus primo, mox Auditoris *Locum tenens*, & Fiſci denique Patronus, etiam ſub hoc ipſo Paulo V. Pontifice. Ad

eram

oram verò extremam libri, ut Docti Viri Tranſalpini ſolent, loca adnotabo, ut ſi quis è Conſiliariis tuis, & Iuris Conſultis introſpicere cupiat, facilius cuncta & invenire, & intelligere poſſit. Omnis autem hæc diſquiſitio facillime ad tria capita redigi poterit.

Primum, Quænam ſint ea ſacra loca, quæ ad ſe confugientes tueantur.

Secundum, Quænam perſonarum conditio, & quodnam delicti genus loco ſacro protegi, aut non

protegi poſſit.

Tertium, Quanam ratione à ſacris locis extrahi debeant ii, qui eiſdem tegi adverſus juſtitiam non poſſunt.

CAPVT IV.

Quænam ſacra loca ad ſe confugientes tueantur.

QVod attinet ad primum caput, certum eſt ex legum ipſarum, & Canonum, quæ ſupra adduximus, lectione, tria locorum genera comprehendi. Eccleſiam ſcilicet: Quæ

Quæ Eccleſiæ adhærent, ſeu ſolum fuerit ædificiis omnibus vacuum, ſeu domibus tectum ad XL. paſſuum ſpatium, ſi Eccleſia Metropolitana fuerit; XXX. vero, ſi eo titulo inſignita non ſit: Et Epiſcopi domum. Nec aliud eſt, de quo mentio iis in legibus & Canonibus facta ſit.

Eccleſiæ nomine ſtatuunt unanimes Doctores omnes *Oratoria* non comprehendi, quamquam in eis aliquando res ſacra fiat, ut ea, quæ in Privatorum domibus, & in Collegiis

laicorum, quas vulgo confraternitates vocant, ædificantur; quaſque domini diruere, atque mutare pro voluntatis arbitrio facile poſſunt. Neque omitti debet, immo attenta cura animadverti, quod Epiſcopus Covaruvias hac de re diſſerit, Hiſce videlicet temporibus occurrendum maxime eſſe eorum temeritati, qui Eccleſiarum immunitate confiſi, quodcunque delictum perpetrare audent. Et ob id quibuſdam in Civitatibus nolunt Eccleſiaſtici Præ-

Covaruvias l. 2. var. c. 20.

ſules,

ſules, quamcumque Eccle-
ſiam immunitatis jus obti-
nere, ſed eas tantummo-
do, quæ continuis tempo-
ribus ſanctiſſimum Eucha-
riſtiæ ſacramentum ha-
bent. Vbi tamen Præſules
hac juſta moderatione
non utuntur, Eccleſiarum
nomine cenſentur quæ-
cumque ſunt certo, ac per-
petuo divino cultui dica-
tæ.

De ſitu, qui adhæret
Eccleſiæ XL. aut XXX.
paſſuum ſpatio: ejuſdem
immunitatem Eccleſiis iis,
quæ ſunt intra Civitatis,
vel

vel Caſtrorũ mœnia, haud convenire certiſſimum eſt. Hac enim de re Canon expreſſe ſtatuit, & Doctores conſentientes loquuntur; nec ulla poteſt exoriri dubitatio; immo vero non deſunt, qui id etiam extra Vrbes omnino negent, cum dicant ejuſmodi jus vel nunquam uſu obtinuiſſe, vel certe conſuetudini, ſi qua fuit, derogatum eſſe. Cauſa vero, cur in civitate concludant omnes ſpatium illud nullam prorſus habere immunitatem; licet aliquis exiſtimet ob ju-

17. q. 4. c. quiſquis. Igneus l. 1. n. 38 ff. Ad Silla: Archid. c. quiſquis 17. q. 4. Remig. De imm. 6. Clarus q. 30. Decianus l. 6. c. 25. ſ. 9. Oldrad. Conſ. ſſ. Alex. Conſ. 145. Farin. c. 26. ſ. 12. Covar. c. 20. 25.

ſtitiam fieri, cum tot ſint in Civitatibus Eccleſiæ, adeoque frequentes, ut univerſa Civitas immunis eſſet, juſtitiæque vis ipſa irrita; longe tamen alia videtur extitiſſe nonnullis; qui affirmant eam fuiſſe cauſam, quod, cum alio Canone ſtatutum ſit qui ſacro in loco peccat, eum ſacri cujuſlibet loci immunitate defendere ſe haud poſſe; ideo ſi XL. paſſuum ſpatium ſacrum eſſet, qui facinus aliquod in eo perpetrarent, iidem nullibi ob Eccleſiarum frequentiam

C.immunitatem. De immunitate.

ſeſe

ſeſe immunitate tueri poſſent. Sed quæ eacúmque fuerit cauſa, parvi refert, cum illud exploratum omnino ſit in Civitatibus, & Caſtris nullam omnino hujuſcemodi ſpatiis immunitatem concedi.

Hinc etiam conſtituitur, quod ſolet ſæpius accidere, An ſcilicet lictores poſſint eum, qui ad Eccleſiam confugerit, & clauſis jam oſtiis adhæſerit, ab iiſdem divellere. Cum enim quæ Eccleſiæ in civitatibus, & Caſtris finitima ſunt, nihil habeant immu-

nitatis, reliquum eſt, ut ea tantum, quæ interius ſunt, immunitate reos protegant: quam ob rem, qui parietibus, aut valvis, aut etiam tecto innititur, nulla defenditur ſacrarũ ædium immunitate. Nihílque intereſt inter parietes, & oſtium clauſum, cum pariter utraque ſint extra Eccleſiam; immo propior eſt Aræ proximus eidem paries, quam Eccleſiæ janua. Quare, ſi quando de oſtio facta ſit mentio, dum de Eccleſiarum immunitate agitur, de iis Eccleſiis tan-

tum ſermo eſt [1], quæ extra Civitatis, & Caſtrorum mœnia poſitæ, immunitatem ad XL. paſſuum ſpatium porrigunt.

Quod verò attinet ad Epiſcopi domum, non conveniunt inter ſe Doctores. Multi namque ex eorum numero animadverterunt, alio Canone ſtatutum eſſe, ut Epiſcopus domum ſuam Eccleſiæ proximam, & adhærentem habeat. Quare neceſſario intra XL. paſſuum ſpatium eſſet, & pro certo conſtituũt, Epiſcopi domum, ſi longius ab

Oldrad. conſ. 55. Gloſ. c. id conſtituimus, 17. q. 4. Clarus q. 30. Decian. l. 6. c. 29. 5. 14. Facin. q. 26. n. 38. Cov. tr. Var. l. 2. c. 20. n. 5.

ab Eccleſia diſtet, nullam omnino immunitatem obtinere. Cum vero XL. paſſuum in civitatibus, & caſtris non habeat locum, conſequens eſt, ut Epiſcopi domus nullam pariter immunitatem habere poſſit.

De Cœmeteriis vero, Hoſpitalibus, & Conclavibus, ubi Fratres dormiunt, ne verbum quidem lex ulla fecit. Canoniſtæ tantummodo, quos ignorantia ſæpe aut ambitio tranſverſos rapit, Eccleſiarum nomen amplificare, atque

ad hæc etiam pertrahere voluerunt; plurimis tamen conditionibus, iiſdemque adeo variis, ac inter ſe repugnantibus, ut vix duo conveniant. Ex eorum autem ſententiis, conſuetudo diverſa inducta eſt, prout illi plus minúſve auctoritatis habuerunt, & hujuſcemodi locorum, aut etiam delictorum numerus exigere videbatur. Quo fit, ut ſicuti de iis locis nihil omnino legibus ſancitum eſt, ſed conſuetudine tantum, atque interpretatione eorum immunitas intro-

introducta: ita ubi contraria eſt conſuetudo, eadem à quocumque judice ſervari debeat, citra ullam errandi formidinem.

CAPVT V.

Quænam Perſonarum conditio, & quodnam delicti genus loco ſacro protegi, aut non protegi poſſit.

EST omnium certiſſima ſententia, qui in loco ſacro deliquerit, licet leve delictum nec atrox facinus fuerit, eum tamen ſacro eodem loco non defendi, *C.immunitatem. De immunitate*

fendi; immo verò & ibidem, & quocumque alio ſacro loco, ſiſti à lictoribus, & in carcerem trudi poſſe: Cum æquum nullo modo ſit, ut Eccleſia eos tueatur, qui, in ea peccantes, injurias eidem intulerunt, nec Eccleſiæ cæteræ defendant ejuſmodi reum, cùm omnes unum, idémque ſint ob earum in Chriſtum Ieſum conjunctionem. Quod ita clarum, atque certum eſt, ut ſupervacaneum omnino fuerit, pluribus confirmare.

Oſtienſ. c. fin. de imm. Eccl. Abbas ibid. Toloſ. dec. 422. Facin. c. 38. n. 52. & 66. 64 Clar. q. 30. Covarru. Var. l. 2. c. 20 ſ. 18. Navar. c. 25. 2. 18. Decian. l. 6. c. 26. n. 1. Hoſtien. in ſum.

Hinc

Hinc etiam illud conſe- quitur, ut eadem Eccleſiarum immunitas nullo modo protegat eum, qui vetita legibus arma in Eccleſiam detulerit: ea namque deferre peccatum eſt: quique ea in Eccleſiam defert, in Eccleſia peccat, quo fit, ut in ea à lictoribus vinciri poſſit, & in quolibet alio ſacro loco. Quod ob publicam tranquillitatem judicarunt Doctores ſingulatim monendum, & animadvertendum eſſe.

Io. de Viſce. de im. 5. 65. Conſer. Coni. 20. Foller. princ. c. mille n. 30. Feunac. c. 28. n. 64. Covarr. Var. l. 2. c. 20. 5. 18.

Fures etiã, qui aut in Eccleſia furtum fecerint, aut

cum

cum re ablata in ipſam confugerint, ex eo quod in Eccleſia peccant, ab eadem divelli queunt.

Poſſunt itidem ii à ſacris locis abſtrahi, qui in Eccleſia crimina tractare audent, quæ ſponſionum vocant, aut quodvis aliud negotii genus legibus prohibitum, ex eo, quod in ipſa delinquunt. De ſponſionibus vero præcipuè adeſt etiam Xyſti V. Pont. Max. declaratio, huic rationi, veluti fundamento, innixa.

Nec differt an delictum

totum

totum in Eccleſia perpetratum ſit, an quod extra Eccleſiam initium habuerit, in ipſa finem; vel etiam contra. Pariter namque Eccleſia nec eum tegit, qui ſtans in ſacro loco, aut extra eum, hominem in Eccleſia exiſtentem interficit: nec eum, qui cum ſit ipſe in Eccleſia aut bellico tormento, aut ſagitta, aut miſſilibus aliis alterum interficit, qui extra ſacrum locum fuerit.

Hac igitur certa, atque clariſſima enunciatione Abſtrahendi à quavis Ec-

cleſia, & ſacro loco cujuſvis generis Reos, quamplurimæ dubitationes e medio ablatæ videntur. Etenim qui diligentius attendere voluerit, cognoſcet ſicarios omnes, qui ad Eccleſias confugiunt, arma ſecum ferre, atque habere, legibus etiam vetita, ut adverſus juſtitiam ipſam, ſi res ita ferat, ſeſe tueri poſſint. Quare ii omnes Eccleſiarum immunitate uti nequeunt, & in quolibet ſacro loco præhendi poſſunt, licet aliæ rationes non concurrerent in id ipſum.

Sta-

Statutum etiam expreſſis verbis Canonis eſt, eos immunitatis privilegio protegi minimè poſſe, qui delicta commiſerint ea ſpe, atque conſilio, ut ſacro ſe loco tueantur. Siquidem Eccleſiarum auxilio uti debemus, ut peccatorum veniam conſequamur, quæ jam admiſimus; non ut nova facinora perpetrare tuto valeamus, quod etiam nullam habet omnino difficultatem. *C. immunitate. De imm. Eccleſ.*

Verum enim vero cum hominum mentes, atque conſilia ſint ab oculis om-

nium remota, atque penitus abdita, non poſſumus, niſi conjecturis decernere, an Reus delictum admiſerit, ſpe excitatus ad Eccleſiam confugiendi. Doctores vero dicunt qui ſtatim ut facinus perpetravit ad Eccleſiam fugit, eumdem eo conſilio perpetraſſe, ut eo confugeret, ſtatuendum eſſe. Et certe, qui jam ſtatutum atque decretum habet ut facinus committat, neceſſario ſtatuendum videtur, eundem etiam cogitaſſe, non ſolum, quanam ratione illud poſſit admitte-

Alciat. præſ. 33. n.16. Meno. præſ. 10. ſ.16. Ancaſ. de imm. c.fin. Navar. in Man. c.251.n. 22. Mortic.l. 12.ſ.25. Facin. C. 28.ſ.26. Guid. Pap.d.21.

re; ſed multo magis, quonam fugere debeat, ut ſeſe tueatur. Sicut etiam qui de improviſo in errorem incidit, ſicut nunquam antea de facinore cogitavit, ita quoque affirmandum eſt ne de refugio quidē cogitaſſe. Quare, quotieſcumque conſilium atque deliberatio delictum præverterit, & reus ad Eccleſiam confugerit, id conſulto factum, ideoque loci ſacri immunitate defendi non poſſe, certiſſimi juris eſt. At quoniam de conjecturis agitur, utrum impetu quo-

uſu, atque adeo communi omnium locorum praxi, Aſſaſſinorum nomine deſignantur hodie quicunque pacto pretio & mercede ad necandum hominem immittuntur. Nec aliquis eſt qui dubitet, non minus eum, qui mittit, quam qui mittitur, exhibito aut pacto pretio, ab Eccleſiarum immunitate arceri, nec ea defendi poſſe. Quod ab eodem Canone ſtatuitur, atque uſu ipſo receptum eſt, non modo, cum homicidium perfectum fuit; ſed etiam quan-

do tentatum eſt, licet minime ſucceſſerit.

Is quoque, qui inſidiis, & proditorie hominem interimit, non poteſt à loco ſacro defendi: inſidiæ vero vocantur quęcumque artes, quibus hominem ita aggrediuntur, ut incautus, & incogitans opprimatur, ſuique det defendendi ratio quomodolibet impediatur. Qua de re cum Canon clare decernat, nullus eſt, qui ambigat: quare qui venenum exhibuerit, cum homicidii genus inſidioſum exiſtat, immunitate *C. 1. De Homic.*

fendi, immo verò & ibidem, & quocumque alio ſacro loco, ſiſti à lictoribus, & in carcerem trudi poſſe: Cum æquum nullo modo ſit, ut Eccleſia eos tueatur, qui, in ea peccantes, injurias eidem intulerunt, nec Eccleſiæ cæteræ defendant ejuſmodi reum, cùm omnes unum, idémque ſint ob earum in Chriſtum Ieſum conjunctionem. Quod ita clarum, atque certum eſt, ut ſupervacaneum omnino fuerit, pluribus confirmare.

Oſtienſ. c. fin. de imm. Eccl. Abbas ibid. Toloſ. dec. 422. Facin. c. 38. n. 52. & 66. 64 Clar. q. 30. Covarru. Var. l. 2 c. 20 ſ. 18. Navar. c. 25. 2. 18. Decian. l. 6. c. 26. n. 1. Hoſtien. in ſum.

Hinc

Hinc etiam illud conſequitur, ut eadem Eccleſiarum immunitas nullo modo protegat eum, qui vetita legibus arma in Eccleſiam detulerit: ea namque deferre peccatum eſt: quique ea in Eccleſiam defert, in Eccleſia peccat, quo fit, ut in ea à lictoribus vinciri poſſit, & in quolibet alio ſacro loco. Quod ob publicam tranquillitatem judicarunt Doctores ſingulatim monendum, & animadvertendum eſſe.

Io. de Viſce. de im. 5. 65. Conſer. Coni. 20. Foller. princ. c. mille n. 30. Feunac. c. 28. n. 64. Covarr. Var. l. 2. c. 20. 5. 18.

Fures etiã, qui aut in Eccleſia furtum fecerint, aut

cum re ablata in ipſam confugerint, ex eo quod in Eccleſia peccant, ab eadem divelli queunt.

Poſſunt itidem ii à ſacris locis abſtrahi, qui in Eccleſia crimina tractare audent, quæ ſponſionum vocant, aut quodvis aliud negotii genus legibus prohibitum, ex eo, quod in ipſa delinquunt. De ſponſionibus vero præcipuè adeſt etiam Xyſti V. Pont. Max. declaratio, huic rationi, veluti fundamento, innixa.

Nec differt an delictum

totum

totum in Eccleſia perpetratum ſit, an quod extra Eccleſiam initium habuerit, in ipſa finem; vel etiam contra. Pariter namque Eccleſia nec eum tegit, qui ſtans in ſacro loco, aut extra eum, hominem in Eccleſia exiſtentem interficit: nec eum, qui cum ſit ipſe in Eccleſia aut bellico tormento, aut ſagitta, aut miſſilibus aliis alterum interficit, qui extra ſacrum locum fuerit.

Hac igitur certa, atque clariſſima enunciatione Abſtrahendi à quavis Ec-

cleſia, & ſacro loco cujuſvis generis Reos, quamplurimæ dubitationes e medio ablatæ videntur. Etenim qui diligentius attendere voluerit, cognoſcet ſicarios omnes, qui ad Eccleſias confugiunt, arma ſecum ferre, atque habere, legibus etiam vetita, ut adverſus juſtitiam ipſam, ſi res ita ferat, ſeſe tueri poſſint. Quare ii omnes Eccleſiarum immunitate uti nequeunt, & in quolibet ſacro loco præhendi poſſunt, licet aliæ rationes non concurrerent in id ipſum.

Sta-

Statutum etiam expreſſis verbis Canonis eſt, eos immunitatis privilegio protegi minimè poſſe, qui delicta commiſerint ea ſpe, atque conſilio, ut ſacro ſe loco tueantur. Siquidem Eccleſiarum auxilio uti debemus, ut peccatorum veniam conſequamur, quæ jam admiſimus; non ut nova facinora perpetrare tuto valeamus, quod etiam nullam habet omnino difficultatem. *C. immunitate. De imm. Eccleſ.*

Verum enim vero cum hominum mentes, atque conſilia ſint ab oculis om-

nium remota, atque penitus abdita, non poſſumus, niſi conjecturis decernere, an Reus delictum admiſerit, ſpe excitatus ad Eccleſiam confugiendi. Doctores vero dicunt qui ſtatim ut facinus perpetravit ad Eccleſiam fugit, eumdem eo conſilio perpetraſſe, ut eo confugeret, ſtatuendum eſſe. Et certe, qui jam ſtatutum atque decretum habet ut facinus committat, neceſſario ſtatuendum videtur, eundem etiam cogitaſſe, non ſolum, quanam ratione illud poſſit admitte-

Alciat. præſ. 33. n.16. Meno. præſ. 10. ſ.16. Ancaſ. de imm. c.fin. Navar. in Man. c.25. n. 22. Mortic. l. 12. ſ.25. Facin. C. 28. ſ.26. Guid. Pap. d. 21.

re ; ſed multo magis, quonam fugere debeat, ut ſeſe tueatur. Sicut etiam qui de improviſo in errorem incidit, ſicut nunquam antea de facinore cogitavit, ita quoque affirmandum eſt ne de refugio quidē cogitaſſe. Quare, quotieſcumque conſilium atque deliberatio delictum prævert-terit, & reus ad Eccleſiam confugerit, id conſulto factum, ideoque loci ſacri immunitate defendi non poſſe, certiſſimi juris eſt. At quoniam de conjecturis agitur, utrum impetu quo-

dam & perturbatione, an potius conſulto, & cogitato perpetratum delictum fuerit, Iudicem ipſum prudenter, atque ex animi ſententia cognoſcere oportebit.

Hæc autem immunitatis exceptio, quæ reum excludit, cogitato & conſulto ad Eccleſias & ſacra loca confugientem, quodcumque delicti genus amplectitur generatim.

Quod vero ſigillatim ad homicidia pertinet, frequentius delicti genus; eum non tegi ab Eccleſia, qui

aſſaſſinium, ut vocant, commiſit, certiſſimi juris eſt: nec ſcriptor eſt, qui diſſentiat. Etenim juſta Canonis ſeveritate in Lugdunenſi generali Concilio idipſum fuit diſerte decretum. Veritas tamen eſt ante CCCLXXVI circiter annos, cum Canon ille latus fuit, aſſaſſinos extitiſſe quoſdam Mahometanæ perſuaſionis populos, qui ſicarios ſe profitebantur, atque eorum cauſa Canon ſtatutus fuit. Poſtea vero, cum Doctorum omnium interpretatione, tum etiam

c. 1. de Arm. in 6.

do tentatum eſt, licet minime ſucceſſerit.

Is quoque, qui inſidiis, & proditorie hominem interimit, non poteſt à loco ſacro defendi: inſidiæ vero vocantur quęcumque artes, quibus hominem ita aggrediuntur, ut incautus, & incogitans opprimatur, ſuique det defendendi ratio quomodolibet impediatur. Qua de re cum Canon clare decernat, nullus eſt, qui ambigat: quare qui venenum exhibuerit, cum homicidii genus inſidioſum exiſtat, immunitate *C. 1. De Homic.*

Eccleſiarum uti non poteſt. Et cuncta fere homicidia, quæ conſulto fiunt, qui recte animadverterit, inſidiis quibuſdam innexa reperiet. Id vero non ſolum in homicidio perfecto; ſed etiam in tentato locum habet.

Non adeo communis eſt omnium opinio, homicidas quoſcunque, qui cogitato facinus perpetraverint ſine inſidiis, ſed conſulto, immunitate Eccleſiarum uti non poſſe: eſt tamen multorum Doctorum ſententia, eorumdem-

que valde celebrium, & qui primas obtinent. Quamobrem ob eorum & numerum, & conditionem amplecti eam poſſumus abſq; ullo erroris timore. Hi vero ſunt Guido Papa, Nicolaus Boerius, Andreas Alciatus, Ioſeph Ludovicus, Iulius Clarus, Camillus Borellus, qui multos etiam alios ejuſdem opinionis autores laudat, & Martinus Navarra. Is poſtquam dixit hoc ipſum legibus ſancitum eſſe in Luſitania, eaſdem comprobat: ſicut etiam anno MDXXXV. in

Igneus. l. 1. ff. ad Sill. Navarr. ma. c. 25. ſ. 21. Plac. Epit. Dolic. c. 21. Coſſan. Conſ. Prag. v. 1. 8. 25. Boer. Dec 109. n 7. Aenig. fol. 1. Covar. Var. l. 2. c. 2[illegible] n. 7. Faun. l. 28. 5. 25. Guid. Pap. dec. 21. Boer. 109. Alciat. 3.

Gallia lex ejuſmodi, Arreſtum vocant, fuit conſtituta. Epiſcopus vero Covaruvias, licet in aliam potius opinionem propendeat; ſic tamen uſu receptum eſſe affirmat, neque conſuetudinem ipſam reprehendere audet. Farinacius poſtquam conſtituit Eccleſiam nullum omnino genus homicidii conſulto perpetrati tueri poſſe, addit, conveniens non eſſe, ab hac ſententia diſcedere in judicando, licet Doctor aliquis aliter ſenſerit. Hoc ipſum Veneti nobis finitimi, & quorum

Præſum. 33. Io. Lud. Dec. 16. n. 31. Clarus. q. 30. Borellus ad Boluc. Hauman. c. 25. n. 21. Papon. l. 1. c. 1. 18. 10. Covar. l. 2. Var. c. 2. 5. 7. Farin. c. 28 / 9. & 23.

rum exemplo ob inſignem & ſpectatam ejus Reipublicę pietatem moveri maxime decet, Anno MDCIX. VIII. Idus Februarii Senatus-conſulto ſtatuerunt; Homicidam videlicet Bergomi in Eccleſia detentum ſi impetu quodam raptus, & *caſu*, ut modo vocant, *puro*, hominem interemerit, Eccleſiæ reſtituendum eſſe: ſi vero conſulto, & cogitato; quod, *caſu penſato*, dicunt; prehendẽdũ. Præter homicidas lex civilis raptores etiam Virginum ab Eccleſiarum immunitate

exclu-

excludit. Delictum enim eſt, in quo neceſſario inſunt pravę artes, vis, injuria, non minus Reipub. quam privatæ familiæ, præcipuéque ipſi mulieri illata. Hanc vero legem ſervari debere oſtendit, atque decernit Hippolytus de Marſiliis, Petrus Gregorius Toloſ. Petrus Rebuffus, Nicolaus Boerius, Tiberius Decianus, Covarruvias, & Facinacius.

Mars. l. 1. C. de rapt. Virg. Toloſ. De Rapt. l. 13. c. 23. Rebuff. c. 2. n. 1. gloſ. 2. Boer. Dec. 109. Covar. l. 2. Var. c. 2. 20. Facin. c. 28. ſ. 33.

Canon etiam latrones, qui vias obſident, excludit, licet vero expreſſe non loquatur, niſi de terreſtribus itine-

itineribus, communi tamen conſenſu ad maritimos latrones atque piratas extenditur.

Eos etiam excipit, qui nocturno tempore agros devaſtant, licet ex eo mors alicujus non ſequeretur. Qua de re ſicut nemo ambigit, ita incendiarios ex eadem cauſa Doctores adjungunt.

Qui vero per fraudem decoxit, cumque ſit ei ſolvēdo, creditores fraudat, ut injuſte ditari poſſit, immunitatis privilegio non debet uti: quod reapſe id pu-

blico-

Boer. Dec. 211. Oldrad. conſ. 54. Rebuf. de Venat. gloſ. 1. Farin c. 28. ſ. 33. Covar. l. 2 Var. c. 20. ſ. 10.

blicorum latronum ſit ſpecies quædam, & ejuſmodi etiam Pii V. Pont. Maximi conſtitutione declaretur. Ejus autem ſententiæ ſunt Nicolaus Boerius, Oldradus, Petrus Rebuffus, Facinacius, & Epiſcopus Covaruvias, qui affirmat, ſic etiam in Hiſpania uſu receptum eſſe.

Quamplurimis etiam locis, ubi furum eſt maxima copia, conſuetudo viget, ut eorum nemini, cujuſvis notæ aut conditionis exiſtat, ad Eccleſiam confugere liceat: quæ tamen

con-

conſuetudo ab Eccleſiaſticis ipſis videtur inducta, qui furesperoſi obſtare noluerunt, quin etiam in ipſis Eccleſiis prehenderentur. Quod Doctores quoque multi teſtantur: Fran. De Ponte; Iulius Clarus, Proſper Farinacius, & Epiſcopus Covaruuias. Hæc tamen in hoc Ducatu nunquam invaluit, ſed ſolummodo in furtis gravibus atque enormibus locum obtinet, prout etiam è finitimis noſtris Senatus Venetus conſtituit anno MDCX. III. Apr. Quare, quod eſt

Pont. Dec. 24.
Clar. q. 20.
Far. c. 28. ſ. 51. & 57e
Covarr. li 2.
Var. c. 20 ſ. 13.

jam uſu receptum, omni contentione retinendum.

At præter hæc delicta, quæ privatos reſpiciunt, perduellionis etiam rei, a ſacro loco defendi non poſſunt. Quod Doctores omnes unanimes non ſentire demiror, multi certe, iidemque ſummi Iuriſperiti probant: Hier. Gigas, Petrus Gregorius Toloſ. Proſper Farinacius, & alii, qui optima ſane de cauſa decernunt, maximam fore iniquitatem, ſi quo tot errata leviora puniri poſſent, liceret reos ab Eccle-

ſiis

ſuis abſtrahere ; ob majora vero, immo ſi mentis acies intendatur, omnium maxima, dum Reſpublica læditur, & regimen optimum pervertitur, non liceret.

Neque vero ſacris proteguntur locis, qui *Monetarii* vulgo dicuntur, tum quia perduellionis eſt ſpecies, tum etiam quia ſunt publici fures, qui, quod in eis eſt, humanam ſocietatem deſtruunt, cunctoſque ſine diſcrimine expilant.

Neque porro ii, fraudant Fiſcum, & Reipublicæ pecunias in ſuos uſus con-

convertunt, ſicuti lex Imperialis decrevit, Eccleſiarum immunitate muniuntur. Quod etiam optimis rationibus decernunt Oldradus. Barth. Caſſaneus, Petrus Pecchius, Iaſon, Io: Igneus, Petrus Gregorius Toloſanus: & Senatus ipſe Venetus anno MDLXXXVII. VI. Id. Ian. decrevit.

Oldrad. Conſ. 54. ſ. 2. Caſſan. Pecchius de Areſt. c. 9. ſ. 4. Iaſon n. plerum ff. de in ius. Igneus l. 1. n. 55. ff. ad Sill. Toloſ. Boer. dec. 215. ſ. 7.

Reliquum eſt, ut de exulibus dicamus, utrum ſcilicet ad Eccleſiam confugere, ejuſque immunitate tueri ſe poſſint. Nemo certe ambigere poteſt, exuli, ob facinus, cujus cauſa antequam

quam in exilium mitteretur, ad Eccleſiam refugere nequiviſſet, confugere ad eamdem non licere. Eſſet enim melior damnati, & exulis, quam indemnati, & nondum exulis conditio. At etiamſi exilii pœna ob leve delictum injuncta eſſet, æquum videri non poteſt, ut Eccleſia eos tueatur, qui jam exules ſunt & hoſtes Reipublicæ. Cum nulla omnino lex Civilis, nulla Canonica, ſacrorum locorum immunitate defendat quos judicum ſententia damnavit; ſed eos tantum-

modo, quos juſtitia inſequitur, antequam ſententiam ferat. Exul vero jam damnatus eſt, & dedita opera atque malitioſe ſibi vetitos fines ingreditur. Immo præter id, cujus cauſa exilio mulctatus eſt, gravius etiam delictum conſulto, cogitato, malitioſáque temeritate committit; contumaciæ ſcilicet, atque voluntariæ, ſtudioſæque Perduellionis, quod omnium graviſſimum facinus eſt. Huc etiam accedit, quod in Eccleſia permanens, in eadem peccatum

com-

committit, dum in ſacro loco interdicto ſibi ſtare confidenter audet. Quapropter tres ob cauſas, quarum ſingulæ ſatis ſunt, non poteſt ab Eccleſia protegi. Hujus vero ſententiæ ſunt Ioſeph Ludovicus, Tiberius Decianus, Proſper Farinacius, & alii multi, quos illi teſtes & autores producunt, immo vero Bartolus, quem Iuris Conſulti plurimi ſequuntur, ſentit, exulem ne humari quidem poſſe in Eccleſiis, lociſve ſacris, à quibus arceatur exilii ſententia, unde, ſi ſepultus,

Lud. 16. 5.31. Decian. l.6.c.44. 5. 16. Farin.c. 28.n.47 Pagon. l. 1.c.1.a.16 Toloſ.ſi. l.33.c.22. Bart.l.2. C.de Cadav.

pultus fuerit, extrahendum etiam cenſet.

Damnati vero, ad triremes ſi fugerint, nequeunt pariter Eccleſiarum immunitate defendi, quominus prehendantur, atque redeant ad pœnam: tum ob ea, quæ diximus: cum jam damnati fuerint, Eccleſia vero non damnatos quidem, ſed eos tantummodo, qui judicis ſententia nondum damnati ſint, tueri poſſit: tum etiam quia damnati ad tranſtra pro publicis ſervis habentur, & legibus: atque canonibus,

ſervi

ſervi ad Eccleſiam confugientes non poſſunt Domini imperium excutere, ſed ſolum immanitatem aliquam injuſtam vitare, & redire ad ſervitia. Pauci admodum hac de re Doctores ſcribunt, cum id raro, & non niſi maritimis in Civitatibus, quæ Liburnicas armare ſolent, accidat; eæ vero pauciſſimæ ſunt. Id tamen Antonius Gamma non ſolum uti rationi conſonum in medium affert; ſed etiam uti uſu receptum, & lege in Luſitania ſancitum, quod etiam pro- *Gam. dec. 36. Franc. dec. 140. Oldra. conſ. 54.*

E bat

bat Vincentius Francus.

Multa retuli, quæ ſigillatim frequenter ſolent accidere, ut ex iis generatim colligi poſſit, ſacrorum ſe locorum immunitate eos defendere non poſſe, qui quævis alia gravia ac enormia delicta commiſerint. Etenim, aut iiſdem, aut majoribus etiam de cauſis, quas ſupra recenſuimus, quodcumque aliud grave delictum complectuntur. Hæc autem concluſio in univerſum prolata; reum ſcilicet cujuſvis atrocis facinoris ſi ad ſacra loca con-

fugerit, iis protegi poſſe; immo à juſtiti templi violatione extrahi fas eſſe, probatur à Iacobo Ravenate, Cyno Piſtorienſe, Petro Bellapertica, Ioanne Igneo, Antonio à Butrio, Petro Ancarano, Alphonſo Alvares, Petro Gregorio Toloſano, Tiberio Deciano, Antonio Scapio, qui affirmat in univerſa Italia id uſu receptum eſſe, &, Romæ præſertim, hanc ſemper ſervatam eſſe conſuetudinem, quæ modo etiam ſervatur. Proſper vero Facinacius, teſtificatur;

Raven. l. 2. C. de his q. ad loc. Cynus, Bellapert. l. 2. eod. Igneus l. 1. n. 51. Butr. c. inter. De imm. ſ. 18. Ancar. eod. Alvares in theſ. c. 25. n. 30. Syntag. l. 33. c. 22. Decian. l. 6. c. 20. ff. 20. Clar. q. 30. Facin. 28. 74.

jam uſu receptum, omni contentione retinendum.

At præter hæc delicta, quæ privatos reſpiciunt, perduellionis etiam rei, a ſacro loco defendi non poſſunt. Quod Doctores omnes unanimes non ſentire demiror, multi certe, iidemque ſummi Iuriſperiti probant: Hier. Gigas, Petrus Gregorius Toloſ. Proſper Farinacius, & alii, qui optima ſane de cauſa decernunt, maximam fore iniquitatem, ſi quo tot errata leviora puniri poſſent, liceret reos ab Eccle-

ſuis abſtrahere; ob majora vero, immo ſi mentis acies intendatur, omnium maxima, dum Reſpublica læditur,& regimen optimum pervertitur, non liceret.

Neque vero ſacris proteguntur locis, qui *Monetarii* vulgo dicuntur, tum quia perduellionis eſt ſpecies, tum etiam quia ſunt publici fures, qui, quod in eis eſt, humanam ſocietatem deſtruunt, cunctoſque ſine diſcrimine expilant.

Neque porro ii, fraudant Fiſcum, & Reipublicæ pecunias in ſuos uſus con-

convertunt, ſicuti lex Imperialis decrevit, Eccleſiarum immunitate muniuntur. Quod etiam optimis rationibus decernunt Oldradus. Barth. Caſſaneus, Petrus Pecchius, Iaſon, Io: Igneus, Petrus Gregorius Toloſanus: & Senatus ipſe Venetus anno MDLXXXVII. VI. Id. Ian. decrevit.

Oldrad. Conſ. 54. ſ. 2. Caſſan. Pecchius de Areſt. c. 9. 54. Iaſon n. plerum ff. de in ius. Igneus l. 1. n. 55. ff. ad Sill. Toloſ. Boer. dec. 215. ſ. 7.

Reliquum eſt, ut de exulibus dicamus, utrum ſcilicet ad Eccleſiam confugere, ejuſque immunitate tueri ſe poſſint. Nemo certe ambigere poteſt, exuli, ob facinus, cujus cauſa antequam

quam in exilium mitteretur, ad Eccleſiam refugere nequiviſſet, confugere ad eamdem non licere. Eſſet enim melior damnati, & exulis, quam indemnati, & nondum exulis conditio. At etiamſi exilii pœna ob leve delictum injuncta eſſet, æquum videri non poteſt, ut Eccleſia eos tueatur, qui jam exules ſunt & hoſtes Reipublicæ. Cum nulla omnino lex Civilis, nulla Canonica, ſacrorum locorum immunitate defendat quos judicum ſententia damnavit; ſed eos tantum-

modo, quos juſtitia inſequitur, antequam ſententiam ferat. Exul vero jam damnatus eſt, & dedita opera atque malitioſe ſibi vetitos fines ingreditur. Immo præter id, cujus cauſa exilio mulctatus eſt, gravius etiam delictum conſulto, cogitato, malitioſáque temeritate committit; contumaciæ ſcilicet, atque voluntariæ, ſtudioſæque Perduellionis, quod omnium graviſſimum facinus eſt. Huc etiam accedit, quod in Eccleſia permanens, in eadem peccatum

com-

committit, dum in ſacro loco interdicto ſibi ſtare confidenter audet. Quapropter tres ob cauſas, quarum ſingulæ ſatis ſunt, non poteſt ab Eccleſia protegi. Hujus vero ſententiæ ſunt Ioſeph Ludovicus, Tiberius Decianus, Proſper Farinacius, & alii multi, quos illi teſtes & autores producunt, immo vero Bartolus, quem Iuris Conſulti plurimi ſequuntur, ſentit, exulem ne humari quidem poſſe in Eccleſiis, lociſve ſacris, à quibus arceatur exilii ſententia, unde, ſi ſepultus,

Lud. 16. 5.31. *Decian.* *l.*6.*c.*44. 5. 15. *Farin.c.* 28.*n.*47 *Pagon. l.* 1.*c.*1.*a.*16 *Toloſ.ſi.* *l.*33.*c.*22. *Bart.l.*2. *C.de Cadau.*

pultus fuerit, extrahendum etiam cenſet.

Damnati vero, ad triremes ſi fugerint, nequeunt pariter Eccleſiarum immunitate defendi, quominus prehendantur, atque redeant ad pœnam: tum ob ea, quæ diximus: cum jam damnati fuerint, Eccleſia vero non damnatos quidem, ſed eos tantummodo, qui judicis ſententia nondum damnati ſint, tueri poſſit: tum etiam quia damnati ad tranſtra pro publicis ſervis habentur, & legibus: atque canonibus,

ſervi

ſervi ad Eccleſiam confugientes non poſſunt Domini imperium excutere, ſed ſolum immanitatem aliquam injuſtam vitare, & redire ad ſervitia. Pauci admodum hac de re Doctores ſcribunt, cum id raro, & non niſi maritimis in Civitatibus, quæ Liburnicas armare ſolent, accidat; eæ vero pauciſſimæ ſunt. Id tamen Antonius Gamma non ſolum uti rationi conſonum in medium affert; ſed etiam uti uſu receptum, & lege in Luſitania ſancitum, quod etiam pro-

Gam. dec. 36. Franc. dec. 140. Oldra. conſ. 54.

bat Vincentius Francus.

Multa retuli, quæ ſigillatim frequenter ſolent accidere, ut ex iis generatim colligi poſſit, ſacrorum ſe locorum immunitate eos defendere non poſſe, qui quævis alia gravia ac enormia delicta commiſerint. Etenim, aut iiſdem, aut majoribus etiam de cauſis, quas ſupra recenſuimus, quodcumque aliud grave delictum complectuntur. Hæc autem concluſio in univerſum prolata; reum ſcilicet cujuſvis atrocis facinoris ſi ad ſacra loca con-

fuge-

ſugerit, iis protegi haud poſſe; immo à juſtitia ſine templi violatione extrahi fas eſſe, probatur à Iacobo Ravenate, Cyno Piſtorienſe, Petro Bellapertica, Ioanne Igneo, Antonio à Butrio, Petro Ancarano, Alphonſo Alvares, Petro Gregorio Toloſano, Tiberio Deciano, Antonio Scapio, qui affirmat in univerſa Italia id uſu receptum eſſe, &, Romæ præſertim, hanc ſemper ſervatam eſſe conſuetudinem, quæ modo etiam ſervatur. Proſper vero Facinacius, teſtifica-

Raven. l. 2. C. de his q. ad loc. Cynus, Bellapert. l. 2. eod. Igneus l. 1. n. 51. Butr. c. inter. De imm. ſ. 18. Ancar. eodē. Alvares in theſ. c. 25. n. 30. Syntag. l. 33. c. 22. Decian. l. 6. c. 20. ff. 20. Clar. q. 30. Facin. 28. 74.

bat Vincentius Francus.

Multa retuli, quæ ſigillatim frequenter ſolent accidere, ut ex iis generatim colligi poſſit, ſacrorum ſe locorum immunitate eos defendere non poſſe, qui quævis alia gravia ac enormia delicta commiſerint. Etenim, aut iiſdem, aut majoribus etiam de cauſis quas ſupra recenſuimus quodcumque aliud grav delictum complectuntu Hæc autem concluſio i univerſum prolata; reu ſcilicet cujuſvis atrocis f cinoris ſi ad ſacra loca co

ſugerit, iis protegi haud poſſe; immo à juſtitia ſine templi violatione extrahi fas eſſe, probatur à Iacobo Ravenate, Cyno Piſtorienſe, Petro Bellapertica, Ioanne Igneo, Antonio à Butrio, Petro Ancarano, Alphonſo Alvares, Petro Gregorio Toloſano, Tiberio Deciano, Antonio Scapio, qui affirmat in univerſa Italia id uſu receptum eſſe, &, Romæ præſertim, hanc ſemper ſervatam eſſe conſuetudinem, quæ modo etiam ſervatur. Proſper vero Facinacius, teſtifica-

Raven. l. 2. C. de his q. ad loc. Cynus, Bellapert. l. 2. eod. Igneus l. 1. n. 51. Butr. c. inter. De imm. ſ. 18. Ancar. eodē Alvares in theſ. c. 25. n. 30. Syntag. l. 33. c. 22. Decian. l. 6. c. 20. ff. 20. Clar. q. 30. Facin. 28. 74.

tur, nunquam vidiſſe Romæ Eccleſiarum immunitatem uſu receptam, niſi in levioribus delictis, & debitis, ut vocant, Civilibus. Martinus Navarra affirmat nullam omnino Eccleſiam Romæ hac uti immunitate; ſed Iudices ipſos ſeculares reos à quavis Eccleſia vi abſtrahi jubere, quod à Pontifice Maximo permittitur, ne juſtitia opprimatur, & publica quies, & tranquillitas perturbetur. Nemo vero ſanæ mentis credere poterit ſummos Pontifices id juris cæteris

Prin-

Principibus non concedere, quod publicæ convenit tranquillitati, & ab ipſis in eorum ditione neceſſarium judicatur. Quare Proſper Farinacius auctoritate Petri Follerii, præter uſum Romæ receptum, affirmat, Eccleſiarum immunitatem, cum ſtatuta fuerit ob delicta, quæ nullo conſilio, ſed impetu quodam fiunt, & ad refugium miſerorum; non debere Eccleſias ipſas, latronum ſpeluncas efficere, & eorum receptaculum, qui atrocia facinora perpetraverint: ideo-

Farin. c. 28. n. 73.
Foll. in pract.

ideoque ſatis, ſuperque eſſe, ſi Iudices inferioris ſubſellii, qui leviora delicta judicant, eam obſervent: ſed majores judices in atrocioribus eâ non teneri. Prout etiam Veneti lata lege conſtituerunt III. Non. April. MDCX.

Quænam verò delicta atrociorum nomine cenſeantur, præter id quod ipſum delicti genus præ ſe fert, & à pœna legibus impoſita ſatis colligi poteſt, debet judicis ſententia cognoſci, habita ratione ſtatus, conditioniſque, tum

ejus

ejus, qui injuriam infert, tum ejus etiam, qui eam paſſus fuit, armorum, loci, cauſæ, temporis: qua ſcilicet de cauſa, ubi, & quando, commiſſum fuerit delictum; eorum etiam, quæ ob id evenerunt, perturbationis, offenſionis, & aliorum, quæ in majus augent perpetratum facinus, faciuntque ut magis magiſque in odio habeatur ab omnibus.

Si perſonæ habenda ſit ratio, cui infertur injuria; leve per ſe delictum, ſi nobilis matronæ exiſtimatio-

nem læſerit, atrox ſit atque grave. Ictus aut vulnus, nullius fere momenti; ſi Parentibus, aut clariſſimo & excelſo viro inferatur, atrox erit & graviſſimum delictum. Si locum inſpiciamus; in Principis Curia, Palatio, Plateis, aut in Arcibus, quæ maxima cura cuſtodiuntur, maximum erit delictum arma etiam movere: Si tempus vero conſideretur; delictum quodlibet ipſo ſanctiſſimo Veneris die in ſupplicationibus perpetratum, graviſſimum erit; quantumvis leve. Si

vero,

vero, quę conſequi poſſunt attendamus; iis legibus aut edictis religioſe non obtemperare, quæ publicæ ſalutis gratia ſtatuuntur, ad peſtilentiam arcendam, ob grave periculum imminens, atrociſſimum delictum cenſendum eſt. Sicuti vero jam dicta, unam aut alteram ob cauſam gravia fiunt: ſic alia delicta non una tantum aut altera, ſed pluribus de cauſis, quæ ſingulæ ſatis non eſſent, in enormia atque atrocia facinora evadunt. Cum vero innumerabiles ſint caſus,

qui ſæpius accidere poſ
ſunt, neque fieri poſſit, u
certis omnino regulis cõ-
prehendantur: ideo Iudicis
ipſius conſilio atque pru-
dentiæ permittuntur, qui
omnibus diligenti cura a-
nimadverſis, iis etiam, res
quorum agitur, dicendi
poteſtate facta, à quibus ni-
hil omittitur, quod di-
gnum ſit animadverſione,
ſententiam ferre poterit,
prout juſtitiæ conſenta-
neum videbitur.

Iudæi ſuperſunt, qui, ut
delictorum pœnam aut de-
bitorum ſolutionem effu-

giant,

giant, ad Eccleſias confugere ſolent: quorum cauſa prima lex lata fuit de Eccleſiarũ immunitate. Hæc ſtatuit, *Iudæos, qui ſimulant ſe Chriſti legi velle conjungi, ut ad Eccleſias confugientes evitare poſſint crimina, arceri debere.* Quare Doctores omnes conſtituunt, Si Iudæus ad Eccleſiam confugiens velit in Iudaica perfidia permanere, eundem nulla omnino immunitate uti poſſe. Nonnulli, pauci tamen, exiſtimarunt, ſi Iudæus reus aut debitor ad Eccleſiam confugeret eo

bat Vincentius Francus.

Multa retuli, quæ ſigillatim frequenter ſolent accidere, ut ex iis generatim colligi poſſit, ſacrorum ſe locorum immunitate eos defendere non poſſe, qui quævis alia gravia ac enormia delicta commiſerint. Etenim, aut iiſdem, aut majoribus etiam de cauſis, quas ſupra recenſuimus, quodcumque aliud grave delictum complectuntur. Hæc autem concluſio in univerſum prolata; reum ſcilicet cujuſvis atrocis facinoris ſi ad ſacra loca confuge-

fugerit, iis protegi haud poſſe; immo à juſtitia ſine templi violatione extrahi fas eſſe, probatur à Iacobo Ravenate, Cyno Piſtorienſe, Petro Bellapertica, Ioanne Igneo, Antonio à Butrio, Petro Ancarano, Alphonſo Alvares, Petro Gregorio Toloſano, Tiberio Deciano, Antonio Scapio, qui affirmat in univerſa Italia id uſu receptum eſſe, &, Romæ præſertim, hanc ſemper ſervatam eſſe conſuetudinem, quæ modo etiam ſervatur. Proſper vero Facinacius, teſtifica-

Raven. l. 2. C. de his q. ad loc. Cynus, Bellapert. l. 2. eod. Igneus l. 1. n. 51. Butr. c. inter. De imm. ſ. 18. Ancar. eod. Alvares in theſ. c. 25. n. 30. Syntag. l. 33. c. 22. Decian. l. 6. c. 20. ff. 20. Clar. q. 30. Facin. 28. 74.

 tur;

tur, nunquam vidiſſe Romæ Eccleſiarum immunitatem uſu receptam, niſi in levioribus delictis, & debitis, ut vocant, Civilibus. Martinus Navarra affirmat nullam omnino Eccleſiam Romæ hac uti immunitate; ſed Iudices ipſos ſeculares reos à quavis Eccleſia vi abſtrahi jubere, quod à Pontifice Maximo permittitur, ne juſtitia opprimatur, & publica quies, & tranquillitas perturbetur. Nemo vero ſanæ mentis credere poterit ſummos Pontifices id juris cæteris

Principibus non concedere, quod publicæ convenit tranquillitati, & ab ipſis in eorum ditione neceſſarium judicatur. Quare Proſper Farinacius auctoritate Petri Follerii, præter uſum Romæ receptum, affirmat, Eccleſiarum immunitatem, cum ſtatuta fuerit ob delicta, quæ nullo conſilio, ſed impetu quodam fiunt, & ad refugium miſerorum; non debere Eccleſias ipſas, latronum ſpeluncas efficere, & eorum receptaculum, qui atrocia facinora perpetraverint:

Farin. c. 28. n. 73. Foll. in pract.

ideoque ſatis, ſuperque eſſe, ſi Iudices inferioris ſubſellii, qui leviora delicta judicant, eam obſervent: ſed majores judices in atrocioribus eâ non teneri. Prout etiam Veneti lata lege conſtituerunt III. Non. April. MDCX.

Quænam verò delicta atrociorum nomine cenſeantur, præter id quod ipſum delicti genus præ ſe fert, & à pœna legibus impoſita ſatis colligi poteſt, debet judicis ſententia cognoſci, habita ratione ſtatus, conditioniſque, tum

ejus

ejus, qui injuriam infert, tum ejus etiam, qui eam paſſus fuit, armorum, loci, cauſæ, temporis: qua ſcilicet de cauſa, ubi, & quando, commiſſum fuerit delictum; eorum etiam, quæ ob id evenerunt, perturbationis, offenſionis, & aliorum, quæ in majus augent perpetratum facinus, faciuntque ut magis magiſque in odio habeatur ab omnibus.

Si perſonæ habenda ſit ratio, cui infertur injuria; leve per ſe delictum, ſi nobilis matronæ exiſtimatio-

nem læſerit, atrox fit atque grave. Ictus aut vulnus, nullius fere momenti; ſi Parentibus, aut clariſſimo & excelſo viro inferatur, atrox erit & graviſſimum delictum. Si locum inſpiciamus; in Principis Curia, Palatio, Plateis, aut in Arcibus, quæ maxima cura cuſtodiuntur, maximum erit delictum arma etiam movere: Si tempus vero conſideretur; delictum quodlibet ipſo ſanctiſſimo Veneris die in ſupplicationibus perpetratum, graviſſimum erit; quantumvis leve. Si

vero,

vero, quę conſequi poſſunt attendamus; iis legibus aut edictis religioſe non obtemperare, quæ publicæ ſalutis gratia ſtatuuntur, ad peſtilentiam arcendam, ob grave periculum imminens, atrociſſimum delictum cenſendum eſt. Sicuti vero jam dicta, unam aut alteram ob cauſam gravia fiunt: ſic alia delicta non una tantum aut altera, ſed pluribus de cauſis, quæ ſingulæ ſatis non eſſent, in enormia atque atrocia facinora evadunt. Cum vero innumerabiles ſint caſus,

qui ſæpius accidere poſſunt, neque fieri poſſit, ut certis omnino regulis cõprehendantur: ideo Iudicis ipſius conſilio atque prudentiæ permittuntur, qui omnibus diligenti cura animadverſis, iis etiam, res quorum agitur, dicendi poteſtate facta, à quibus nihil omittitur, quod dignum ſit animadverſione, ſententiam ferre poterit, prout juſtitiæ conſentaneum videbitur.

Iudæi ſuperſunt, qui, ut delictorum pœnam aut debitorum ſolutionem effu-

giant, ad Eccleſias confugere ſolent: quorum cauſa prima lex lata fuit de Eccleſiarũ immunitate. Hæc ſtatuit, *Iudæos, qui ſimulant ſe Chriſti legi velle conjungi, ut ad Eccleſias confugientes evitare poſſint crimina, arceri debere*. Quare Doctores omnes conſtituunt, Si Iudæus ad Eccleſiam confugiens velit in Iudaica perfidia permanere, eundem nulla omnino immunitate uti poſſe. Nonnulli, pauci tamen, exiſtimarunt, ſi Iudæus reus aut debitor ad Eccleſiam confugeret eo

nomine, ut Chriſtianus fieri vellet, non ficta, aut ſimulata, ſed vera atque ſincera intentione, ex animo, ac certa pietate; eo caſu ſacro baptiſmate inſigniri atque protegi debere. At quoniam credi nequit, velle aliquem ex animo Chriſtianam fidem ſuſcipere, eumque à delictis & facinoribus initium ducere, quæ Chriſtiana religio omnino prohibet & averſatur; fieri non poteſt, ut voluntas illa, quæ tunc ſolummodo ſeſe dat in omnium conſpectum, cum iu-

ſtitia hominem quærit ſupplicio afficiendum, recta ſit & ſincera; ſed ficta potius, & ſimulata. Quamvis autem Deus Opt. Max. aliquando pravorum hominum corda divino afflatu pertingat mediis in ſceleribus, id tamen rariſſime accidit: ideoque Doctores legem generatim atque univerſe intellexerunt, prout verba declarant. *Iudæos* videlicet, *qui reatu aliquo vel debitis fatigati, ſimulant ſe Chriſtianæ legi velle conjungi, ut ad Eccleſias confugientes evitare poſſint crimina vel pondera*

dera debitorum, arceri debere, nec ante ſuſcipi, quam debita univerſa reddiderint, vel fuerint innocentia demonſtrata purgati. Hujus ſententiæ ſunt Abbas, Martinus Navarra, Iulius Clarus, Iodocus, Oldradus, Remigius de Goſſis, Hippolytus de Marſiliis, Conradus, Io: de Vich, Io: Anania, Toloſanus, Farinacius, Covarruvias, & alii multi, quos ii teſtes laudant.

Abb. c. inter alia. n. 6. De imm. Navar. in Man. c. 25. n. 19. Clarus q. 30. Iod. in præſc. 106. n. 15. Oldrad. Conſ. 54. Remig de imm. Fal. 18. Mar. in l. ex Sen. Conſulto ff. de Sic. Conrad.

Quodcunque vero de Iudæis dicitur, infideles omnes amplectitur, cujuſvis ſectæ fuerint. Id autem

facile

facile probari poteſt ex cō ſtitutione Io: XXII. Pont: Max: quam ſuperius retulimus, qui conſtituit hæreticos Eccleſiarum immunitate defendi minime poſſe, ex eo namque conſequens eſt multo minus infidelibus id licere. Etenim hæretici licet pravas aliquot opiniones habeant; baptiſmatis tamen charactere inſigniti, Chriſtum Ieſum aliqua ſaltem ratione venearantur, quem infideles averſantur atque execrantur.

de off. Præt. n. 6. Vich. De im. conc. 13. n. 72. Anan. C. Iudæi. de Iud. Toſ. Syntag. l. 33. n. 22. Farin. c. 28. n. 68. Covar. l. 2. Var. c. 20. n. 11.

CAPVT

CAPVT VI.

Quanam ratione à ſacris locis extrahi debeant ii, qui eis tegi adverſus juſtitiam non poſſunt.

VIdimus hactenus, quibuſnam ſacris locis immunitas tributa fuerit, & quænam reorum conditio nequeat ab iis divelli. Reliquum modo eſt, ut videamus, cum reus aliquis ad Eccleſiam confugit, à qua jure abſtrahi poſſit, quanam autoritate id efficiendum fuerit. Quo circa com-

communis eſt omnium opinio, Laicum judicem autoritate, quæ nunc temporalis dicitur, abſque Eccleſiaſtici Præſulis venia, prehendendi jus tribuere, atque ut perficiatur, mandare. Cujus ſane rei claræ admodum atq; efficaces cauſæ. Eccleſiarum namque immunitas non violatur, ſi per vim quiſpiam in ea comprehenditur, qui tamen ejuſmodi defendi non poteſt immunitate. Sed nemo in atrocioribus delictis ea paſſim uti poteſt, igitur à quocumque comprehen-

datur,

datur, Eccleſiarum immunitas illæſa eſt. Huc accedit, prehendendi facultatem ab iis peti debere, qui negare poſſint; ſed Eccleſiaſticus eam negare nequit quæ à lege tribuitur, quare ab ipſo non eſt petenda. Præterea, nemo judicare poteſt, quod ſibi non eſt cognoſcendum, ſed Eccleſiaſticus ſecularium facinora uti judex non cognoſcit, quæſtionem habere nequit, nec *viſum*, & *repertum*, quod leges volunt, proficiſci: quapropter neque hac de re decretum facere

cere poteſt. Quibus rationibus, aliiſque multis, hanc ipſam veritatem probarunt, Guido Papa, Nicolaus Boerius, Iulius Clarus, Abbas Panormitanus, Guilielmus Benedictus, Tiberius Decianus, Proſper Farinacius, & alii multi. Inter quos Epiſcopus Covarruvias affirmat hanc conſuetudinem toto terrarum orbe à Chriſtianis receptam eſſe, prout etiam Veneti Senatuſconſultis. X. Kal. Iul. MDXCI, & VII. Id. Feb. MDCIX. ſtatuerunt.

Quamobrem, cum ſatis

clarum

clarum ſit, Laicum Iudicem prehenſionem mandare debere, quotieſcunque explorati juris eſt, reum ab Eccleſia divelli poſſe; videndum modo eſt, quando exoritur dubitatio, an poſſit abſtrahi, necne, ad utrum ſpectet definire, & ſi controverſia tollenda neceſſario dilationem requirat, quid agendum ſit de reo ipſo, ne interim vel effugiat cum juſtitiæ fraude, vel ad evitanda pericula in majus incidat delictum, vel cogendi hominum manus, vel civitatis

mœnia tranſcēdendi, cum multis iiſdem graviſſimis offenſionibus, prout ſæpe accidiſſe vidimus. Communis eſt opinio, ad ſæcularem ſolummodo judicem pertinere omnem de medio tollere dubitationem, eumque pariter hujus rei cognitorem & judicem eſſe. Ratio manifeſte conſtat, id enim fieri nequit abſque certa cognitione eorum omnium quæ acciderunt, atque delictum gravius aut levius reddere, culpamque aut aliqua dignam excuſatione,

aut enormem & atrocem facere poſſunt. Quare quæſtiones neceſſario habendæ, & omnia diligenter evolvenda & cognoſcenda ſunt; longe alienum munus ab Eccleſiaſtico, cui res ſpirituales ſolummodo committuntur. Hanc vero ſententiam probant Rebuſſus, Papa, Boerius, Clarus, & alii multi, inter quos Octavianus Vulpellus, & Proſper Farinacius dicunt, ita uſu receptum eſſe in tota Italia: Covaruvias vero in tota Chriſtiana Republica, prout Veneti, pietate

Rebuff. Boer. Dec. 109 n. 12. Vulp. conſ. 130. n. 6. Clar. q. 30. Farin. c. 28. ſ. 17. Pap. Dec. 121.

& religione inter omnes clariſſimi, S. C. MDCIX. VIII.Id. Feb. ſtatuerunt, prout ſemper in eorum ditione atque imperio uſu receptum fuit.

Quid vero agendum ſit de reo, qui ad Eccleſiam confugit, donec judex in re dubia ſtatuat quid æquũ ſit: quilibet decernit, neque juſtum neque conveniens eſſe, ut eidem tempus & facultas detur fugiendi: ſic enim juſtitia opprimeretur, læſus majori afficeretur injuria, ſumeret reus ad alia perpetranda facinora

vires & animum, cæterique ejus exemplo incitarentur. Ratio vero, qua juſtitia reum cuſtodire debeat, ne interim fugiat, varie à multis Doctoribus ſtatuitur. Sunt qui ſcribant, compedibus atque manicis ferreis cuſtodiendum eſſe in eodem ſacro loco, ad quem confugerit. Quod cum aliis majorem præ ſe ferre vim exiſtiment, hominem diu vinctum retinere quam ſtatim extrahere, parumque dignitatis habere hominem in ipſa Eccleſia colligatum diutius intueri,

Pap. dec. 121.
Remig. de imm. q. 6.
Igneus l. 15. quoque n. 4. ff. ad Sil.

intueri, idque uno verbo nihil aliud eſſe, quam Eccleſias in carceres vertere; ſtatuerunt, ut Vigiliæ conſtituantur, & cuſtodiæ circa Eccleſiam & ſacrum locum, quod certe ejuſdem turpitudinis eſſet, ſi diu quaſi militibus obſideretur Dei Templum: difficile vero effici poſſet, ubi præcipue maxima atque ampla, ut fit, ſacrorum locorum ædificia, oſtia quamplurima & exitus haberent. Quibus de cauſis prudentes judices rectius eſſe judicarunt, reos ab Eccleſiis ab-

ſtrahere, ſalvo tamen jure reſtituendi ſacro loco, quãdo ita expedire viſum fuerit; eóſque cuſtodiæ tradere, donec aut prehenſio probata ſit, aut, ea improbata, Eccleſiæ reſtituantur, prout jure convenire viſum fuerit. Hinc etiam uſu receptum eſt pluribus in locis, quod hic quoque ſæpius uſu venit, ut reus ad Eccleſiam confugiens, cujuſvis generis exiſtat, ubi apud judices delatus fuerit, ſtatim ab Eccleſia abſtrahatur, cuſtodiæque tradatur, ſalvo, ut diximus, ju-

re reſtituendi ſacro loco. Quo facto, antequam delictum cognoſcatur, audiunt reum ipſum, vel qui ejus cauſam agit, omnibuſque diligenter inſpectis & perpenſis, aut prehenſionẽ ratam habent, & ulterius progrediuntur, aut reum Eccleſiæ reſtituunt. Id vero receptum uſu, quippe quod egregio temperamento juſtitiam ſimul & Eccleſiarum immunitatem ſartam tectam conſervat, Franc. I. Galliæ Rex in univerſa Gallia lege sãxit M DXXXIX, quæ adhuc viget, quamque

Boerius dec.109. Rebuf. in præſ. conſt. reg. Gloſſæ. 1. n.44. Toloſ. de Repub. l. 13. l. 13. Covar. l. 2. Var. c. 20. n. 18.

Nicolaus Boerius, Rebuffus, Toloſanus, cæterique Iuris conſulti ſummis laudibus celebrant: Covarruvias etiam eamdem refert, nec quiſquam eſt qui damnare audeat. Sic etiam Venetos plurimum facere certiſſimum eſt. Quam ob rem quicumque id effecerit, is præter communem, & probatam conſuetudinem, maximos etiam & Chriſtianiſſimos autores habebit.

Capvt

CAPVT VII.
De iis, quæ contra objici ſolent.

NEque tibi hac in re, Præſul doctiſſime, aut cuiquam negotium faceſſat Gregorii Pont. Maximi ejus nominis XIV. conſtitutio, qua anno MDXCI. XIII. Kal. Iulii, ita definivit & declaravit, difficultates omnes hac de re inter Iuris Conſultos vertentes, ut nihil deſiderari poſſe videatur: quare poſt eam conſtitutionem neque leges, neque Canones, neque conſuetudines

inſpiciendę amplius eſſent, ſed omnia, prout ipſe decrevit, executioni mandanda. Etenim, ut verum fateamur, ſeptem tantummodo delictorum genera ea refert, quibus rei ab Eccleſiis divelli poſſint, ea tamen conditione, ut quovis in delicto, etiam Perduellionis ac Patricidii in Principem ipſum intentati, id fiat cum Epiſcopi facultate, & cum præſentia perſonæ ab eodem Epiſcopo huic rei deſtinatæ: colligati autem rei prius in Epiſcoporum carceres trudantur, nec in-

de auferri poſſint, niſi ab eodem cognitum fuerit culpæ affines eſſe: id vero poſtquam cognoverit, tūc demum Laico judici tribuantur. Quæ omnia ſi obſervare poſſent, jam ſacra loca omni ſcelerum genere refertiſſima eſſent, & quodcumque juſtitiæ tribunal everſum: Regeſque & principes, quibus jure ſceptra conveniunt à Deo tributa, eadem precario tenerent, & à Sacerdotis arbitrio in juſtitia exercenda penderent. His igitur de cauſis factum eſt, ut con-

ſtitutio, ſive, ut aiunt, Bull
iſta, inter Decretales nun
quam recepta, nullibi e
tiam conſuetudine inva
luerit, immo contraria
prorſus conſuetudine anti-
quata, atque ſublata fue-
rit, quod ſicuti jure certiſ-
ſimum eſt: ita re ipſa Gal-
lia, Hiſpaniæ, Germania,
Venetorum ditio, Duca-
tus hic noſter, nunquam
eam admiſerunt: quodque
cunctis jure optimo admi-
rationi eſſe poſſit, in ipſa
Eccleſiaſtica ditione atque
provinciis, non hæc con-
ſtitutio, ſed vetus illa con-
ſuetudo

ſuetudo ſervatur, quæ juſtitiam ſuſtinet. Quare tantum abeſt ut ab hac Gregorii conſtitutione, quæ ſuperius diximus, convelli poſſint, ut potius ex eo, quod antiquata fuerit, immo nunquam uſu recepta, convaleſcere magis & vires ſumere videantur.

Quidam exiſtunt, qui, ſeu veterum ſcriptorum ignorantia, ſeu pietate, ſeu calliditate nimia, vt cæteris fucum faciant, ſeu quavis alia de cauſa, ſtatuere non dubitaverint, Eccleſiarum immunitatem apud

omnes gentes uſu receptam, non niſi ſocietatis humanæ injuria ſumma coarctari poſſe; ſed ſemper in quocumque delicto religioſe ſervandam. Tanto autem magis à nobis Chriſti fidelibus, quanto Chriſtiana vera pietas atque religio perſuaſionibus cunctis falſis præfererenda eſt. Alii vero, poſtquam Deum in veteri teſtamento Aræ ſuæ & Templo immunitatem præcepiſſe poſuerunt; conſequens eſſe dixerunt, ut ſit omnino hæc immunitas de jure divino, neque

ab ulla autoritate immutari poſſit. His vero poſitis incredibile dictu eſt, quanta adverſus juſtitiam & ad ſcelera protegenda, divini cultus defendendi ſpecie erexerint ædificia, quæ tamen omnia facillime corruent, ubi ex hiſtoriæ veritate, quam vana, futilia, & mendaciis referta ſint quæ in medium afferunt, clare conſtiterit.

Vt vero ab iis quæ veram attingunt religionem, ducamus initium: Deus in veteri teſtamento nullam conceſſit immunitatem iis

delictis, quę volenti animo committuntur: ſed homicidio tantummodo, quod caſu accidiſſet præter homicidæ mentē; quod multo minus eſt, quam *caſus purus*, ut modo vocant. Is enim eſt, cum, inconſulto quidem, ſed præſenti impetu raptus & voluntarie quis delictum committit. *Caſus* vero *Fortuitus* eſt, cum incogitato non ſolum, ſed etiam involuntarie quis errat. Exemplum ab ipſo Deo traditum eſt. Si, dum arborem ſecas, ſecuris è manibus exeat, teque neſciente,

& nolente, ſocium feriat. Hanc vero immunitatem Deus non loco, ubi ſacra faciebant, ſed civitatibus ſenis conceſſit. Ad earum enim quamlibet confugiens homicida ejuſmodi tutus erat, ſi Iudicibus probabat *caſum fortuitum* extitiſſe: verum ſi voluntarium cognoſcerent, etiamſi *purum*, morte multabant.

Locus eſt in ſacris litteris, quo Deus præcipit, ut homicida, qui conſulto hominem occiderit, à ſacra ara abſtrahatur, quo capitali afficiatur ſupplicio,

cio. Ex quo nonnulli concludunt, cæteris in delictis immunitatem Aræ tributam fuiſſe. Concluſio non ſatis recta. Sicut etiam conſequens non eſt; Deus odio habet homicidas, qui cogitato occidunt, ergo cæteros odio non habet. Quod vero attinet ad executionem, nullum eſt in ſacris litteris exemplum alicujus, qui ad ſacram aram confugerit poſt perpetratum facinus, niſi Ioab, qui Salomonis juſſu ibidem confoſſus fuit, quod majus etiam eſt, quam extrahi, ut

alibi ſecuri percutiatur.

Sed, ne videamur adverſus communem Doctorum opinionem, licet haud ſatis firmatam, pugnare; etiamſi uni tantum Aræ in maxima regione, prout Palæſtina fuit, immunitas tributa fuiſſet. Hinc etiam nulla ratione argumentari liceret, & concludere ex hoc exemplo, eandem immunitatem quindecim ſæpe, aut xx. Eccleſiis in anguſto parvæ unius Civitatis ambitu tribuendam eſſe.

Templum vero immu-
nitatis

nitatis privilegio inſignitum nullibi ſcriptum eſt: immo vero Salomon in ejus dedicatione coram univerſo populo, dum bene longa oratione ſingula templi ipſius Privilegia recenſuit, ne verbum quidem fecit de hac immunitate. Nec aliquod exemplum extat, quo poſterioribus temporibus uſu ſaltem probata fuerit: immo contra Athalia, quæ vi regnum occupaverat, uti tyrannum maxime decebat, vi quoque ab ipſo templo avulſa, & perempta fuit.

Ratio, & exemplum, quæ pariter oſtendunt, nullam fuiſſe Salomonis templo immunitatem tributam. Quod vero efficaciter probat Chriſtus Ieſus Dominus noſter, qui ejuſdem templi ſanctitatis ſtudio ſingulari actione mercatores ex ipſo ejicere voluit, nunquam tamen reprehendit prehenſiones reorum, quæ ibidem fierent. Nec dici poteſt id uſu receptum minime fuiſſe. Etenim ex Evangelio apparet, miſſos aliquando fuiſſe lictores, ut Ieſum ipſum in templo

apprehenſum ſiſterent; quod etiam præſtare tentarunt: ſed ipſe concionem ſuam continuans, divinis eos verbis adeo deterruit, ut ſtupidi ab incepto deſiſterent. Neque tamen eoſdem arguit, quod templum violaverint. Immo vero, cum ipſe prehenſus & colligatus fuit, ſanctiſſimæ ſuæ mortis tempore, Iudæis exprobandi cauſa dixit, *Quotidie apud vos ſedebam docens in templo, & non me tenuiſtis*, &c. Quæ verba non ſatis convenientia fuiſſent, ſi cautum eſſet, aut

uſu receptum, ne quis in templo prehenderetur. Ad hæc anno poſt *Dominicam Aſcenſionem*, cum Divi Petrus & Ioannes orarent in templo, ibi quoque prehenſi fuerunt, & in carceres truſi: ſicut etiam Apoſtoli cuncti iterum in eodem templo prehenſi, & in carcerem miſſi fuerunt. Nec aliquis tamen eorum de immunitate verba fecit, neque prehenſionis iniquitatem oſtendentes, dixerunt templum violatum fuiſſe. Sed & XXV poſt annos D. Paulus ex eodem tem-

templo vi avulſus fuit. Attamen cum cauſas connumeraret, quibus in carcerem miſſus fuerat, oſtenderetque id quamplurimis rationibus injuſte factum; de templi immunitate nihil omnino dixit. Quamobrem antiqui templi illius exempla demonſtrant, iiſdem præſentem conſuetudinem nulla ratione inniti poſſe. Quod ſi exempla ſequi placeret; ætatis noſtræ uſum coercere potius quam amplificare eſſet opus.

Nec aliud ex antiquo-

rum

rum gentilium exemplis inferre licet, longe namque abeſt ab omni veritate, populos cunctos templis immunitatem tribuiſſe, immo vero is fuit Græcorum tantummodo uſus, à quibus etiam non templis omnibus conceſſa immunitas, ſed nonnullis, iiſdemque paucis, ſolummodo: neque ut reos homines, & qui delicta commiſiſſent, tuerentur; ſed ut innocentibus eo perfugia eſſent, licet uſus poſtea abuſus fieret, ut infra dicendum eſt.

Ex iis enim populis, qui anti-

antiquis temporibus obtinuiſſe imperia leguntur, Aſſyrii, Perſæque, nullam tribuerunt templis immunitatem: Scythas, Sarmataſque, Gallos & Germanos, id effeciſſe non legimus. Ægyptii in regione tam ampla Herculis templum habuerunt, ad quod ſi confugiſſent ſervi à Dominis male habiti, religionem aſſumerent, ab eorum vi tuti, atque ſecuri erant, qui legibus vitæ neciſque in eos poteſtatem habebant. Sed debitoribus, aut iis qui delicta perpetraſ-

ſent,

ſent, nulla omnino erat ſtatuta immunitas.

Romulus in Romæ ædificatione, immunitatem cuidam loco tribuit, qui hac de cauſa Græca voce Aſylum appellatus eſt, non divini cultus cauſa, nec ut in eo ſibi ſubjecti populi ſeſe adverſus juſtitiam protegerent: ſed quo novam redderet civitatem incolis refertam, conſtituit finitimorum populorum ſubjectos, qui ob delicta commiſſa, vel æs alienum in eorum regionibus contractum, ad Aſylum confuge-

rent, quo deinde Romani incolæ eſſent, defendi debere adverſus omnes qui adverſus eos jus haberent: quod eſt convenas tueri, ne ob delicta aut debita alibi commiſſa moleſtiam accipiant; non autem incolis eorum, quæ in propria ditione commiſerint immunitatem tribuere. At civitate populis completa, cum Sabini aliique finitimi par pari rependerent, injuriaſque, quæ ipſis inferebantur, aliis penſarent injuriis, quæ commercium tollerent, coactus fuit Romu-

lus omittere inſtitutum, claudere Aſylum, eamque penitus immunitatem de medio tollere.

Proximis annis Servius Tullius Rex cum finitimis civitatibus ſocietatem junxit; Templumque Dianæ in Aventino exædificavit, uti ſociis omnibus commune; eo privilegio, ut qui eò confugeret judicari non poſſet, niſi communi ſociorum omnium judicio; quod provocationis potius ſpecies quædam fuit, quam immunitatis. Attamen cito una cum ſocieta-

te finem habuit: & ex eo, quoad Reſpublica ſtetit, nulla fuit Romæ templorum immunitas.

Poſt vero Cæſarem Dictatorem interfectum, Triumviri ſacellum ei exædificarunt, cui tribuerunt immunitatem non ſine maxima omnium admiratione; cum id Romæ inuſitatum eſſet, nec unquam uſurpatum. Sed ſublato Triumviratu, ſtatim fuit immunitas illa deleta, & antiquata. Quare in ea Repub. duæ tantum immuninitates fuere; ſed tyranni-

cæ,

cæ,& ad breviſſimum temporis ſpatium permanſerunt.

In Græcia dumtaxat invaluit immunitatis conſuetudo. Etenim cum ejus regionis maxima pars ad oras maris ſita ſit , antiquis temporibus, ut Thucydides refert, piratica, & latrocinium adeo promiſcue exercebantur,ut maximi vir honoris maximæque exiſtimationis cenſeretur, quicumque ea profiteretur. Quapropter hominibus,qui minus valebant, continua & vigilanti cuſto-

dia opus erat, præſertim vero ad maritimas oras. Quamobrem templa exædificarunt, quę non erant, ut Eccleſiæ noſtræ, magnum aliquod ſpatium, ſed multa ædificia turribus munita, & fornicibus humi depreſſis, ingreſſu difficilia, & ardua: ut pauci & debiliores ſeſe à multis & fortioribus tueri poſſent. Hæc autem ædificia Deo dicata fuerunt, ut præter loci ipſius præſidium, Deorum etiam tutela accederet; atque adeo ob Deorum metum ratio haberetur perſo-

narum,

narum, quæ ſe aliter tueri non valerent, niſi eò confugerent. Vno verbo, non fuerunt inſtituta, ut ſceleſti homines à juſtitia; ſed ut probi ab injuſtis oppreſſionibus ſeſe defenderent. Et licet ampliſſima eſſet ea regio, cum omnes ad Septemtrionem oras, & mediterranei maris inſulas cõplecteretur, ubi multa erant templa; Aſyli tamen privilegium pauciſſimis tribuebatur, neque ſemper iiſdem. Etenim, ſi iis abuterentur, erant lata lege deleta, aut uſu antiquata: nec

unquam eodem tempore in tota Græcia immunitas pluribus conceſſa fuit, quam xv, aut xx ſummum templis.

Cunctis in rebus, etiam optimis optimeque inſtitutis, accidere ſolet, ut hominum malitia rationem inveniat atque inſtituat, qua iiſdem abutatur; idque intolerabile efficiat, quid initio optima de cauſa, & non niſi ad optimum finem inſtitutum fuerat. In Græcia ſenſim adeo vires ſumpſit Aſylorum abuſus, & in majus ſe

extulit, tum in ſceleſtis hominibus defendendis, tum in novis immunitatibus conſtituendis, ut Romani tandem coacti fuerint medicinam facere. Narrat id Tacitus. *Creſcebat enim Græcas per urbes licentia atque impunitas Aſyla ſtatuendi: complebantur templa peſſimis ſervitiorum, eodem ſubſidio obærati adverſus creditores, ſuſpectique capitalium criminum receptabantur. Nec ullum ſatis validum imperium erat coercendis ſeditionibus populi, flagitia hominum, ut ceremonias Deûm, protegentis. Igitur placi-*

tum, ut mitterent civitates jura, atque legatos, & quædam, quod falſo uſurpaverant, ſponte omiſere: multæ vetuſtis ſuperſtitionibus, aut meritis in populum Romanum fidebant: magnaque ejus diei ſpecies fuit, quo Senatus majorum beneficia, ſociorum pacta, Regum etiam, qui ante vim Romanam valuerant decreta, ipſorumque numinum religiones introſpexit. Concluſio vero fuit, novem tantummodo templa immunitatem aliquo innixam fundamento habuiſſe; licetque adeo exiguus eſſet numerus, *facta Senatuſconſulta*

ſulta

ſulta fuiſſe, quis multo cum honore modus tamen præſcribebatur. Hæc Tacitus. Suetonius vero ob eam rem ſcripſit, tunc immunitates deletas. Etenim minus firmas tollere, paucaſque honeſtatis limitibus circumſcribere, parum ab ijs tollendis differt. Ex hac hiſtoria magis firmatur id quod diximus, Græciam ſolummodo immunitatibus uſam, alioquin abuſus idem ex tot tantiſque tam ampli imperii civitatibus, in aliqua ſaltem memoraretur extitiſſe, & remedium cæteris

quoque adhibitum eſſet. Adhæc perſpicuum eſt, iis etiam temporibus abſurdum maximum & abuſum judicatum fuiſſe; ſervos peſſimos in templis defendi, obæratos, decoctores, & capitaliũ criminum reos. Præterea in univerſa Græcia, tam ampla regione, novem templa ſolum immunitatis privilegio uſa. Quare qui mentis aciem diligenter intendat, cognoſcatque in tot tantiſque orbis univerſi nationibus, Græciam unam Aſyla immunitatis privilegio

munita

munita habuiſſe: Græciam vero in tanto terrarum ſpatio, quod ad mille amplius paſſuum millia extenditur, novem ſolum in locis immunitatem inſtituiſſe, eamque ita inſtitutam ut juſtitiæ non officeret; conſtituet profecto id humanæ ſocietatis non eſſe, nec gentibus omnibus commune, prout nonnulli exiſtimaſſe judicantur.

Omittendum non eſt aliud immunitatis genus, ijs temporibus uſu receptum, quod non erat ob loci ſacri reverentiam nec ad Dei

honorem inſtitutum ; ſed juſtitiæ ratione. Etenim qui ob adverſarii gratiam ſe tueri non poterat, ad Principis ſtatuam confugiebat, in quolibet foro poſitam, atque ita quæcumque vis inferri poſſet, ab ea ſeſe vindicabat, publica autoritate tectus. Non tamen ea immunitas erat ; ſed provocationis ſpecies, ubi quis non valeret provocatione in judicio uti. Res namque, & cauſa ejus qui refugerat, ſtatim coram judicibus agebatur : &, ſi jure nitebatur,

tur, opem ex æquo ferebant. Quod ſi eo privilegio atque refugio injuſtam ob cauſam ſe tueri voluiſſe cognoſcerent: duplici puniebant pœna, ob crimina ſcilicet, & ob audaciam refugiendi ad Principis ſtatuam, cum eſſet crimine pollutus. Hæc vero nihil habet cum Eccleſiarum immunitate commune, inſtituebantur enim reipublicæ, non religionis, cauſa. Vtinam vero eadem modo ratio uſuveniret in ſacris locis, ut ſcilicet, innocentes tantum, & qui le-

gitima aliqua excuſatione uti poſſent, protegerentur; ſceleſti vero non tantum ob perpetrata facinora plecterentur: ſed multo magis ob temeritatem, quod ipſum Deum, & ſacroſanctas Eccleſias, immania ſcelera protegere velle exiſtimaſſent.

Quo certe juſto, atque rite ex animo concepto voto, finem de Aſylorum immunitate ſcribendi facio.

FINIS.

VIRI

VIRI ERVDITI

De

ASYLIS

Collectanea.

Aſylum eſt ad Aram confugiendi mos.

ANtiquitus moris fuit ad vim injuriamque arcendam confugere ad templa, ſtatuas, aras. Id tum Græci moris tum Romani fuit. Primus Cadmus inter-

latium in ſacro loco quod Quercetum vocitatur, hic locus ſacer & conſecrationis lege tutus à direptione quò profugii libertatisve causâ Ius erat confugere, ad quem confugientes ſine ſummo piaculo avelli non poterant, Liv. *lib.* 1. Dionyſ. *lib.* 2. Lactant. *lib.* 2. *cap.* 7. Eutropius *lib.* 1. *cap.* 4. Alex. ab Alex. *lib.* 3. *cap.* 20. Volaterranus *cap.* 2. *lib.* 19. veſtigia extant apud Vlp. *lib.* 1. *ad Edictum ex Labeone & Cælio lib.* 17. §. 12. *ff. de ædil. ed.* atque in honorem Numinis cui ſacrum erat

aſylum impunitatem propoſuit Romulus, ita ut Ius non eſſet ab eo loco quemquam eripere: Hinc Aſylum ut vult Servius in 2. *Æneid.* dicitur quaſi ἄσυρον: σύρειν enim eſt trahere: ἄσυρον locus unde jus abſtrahendi confugas non eſt, vel potius à σύλαω, quod eſt eripio.

Lib.7. Cap. 125. *De Reis ad Eccleſias vel ad Atria earum confugientibus ut non abſtrahantur.*

EO genere tutelæ frequenter utebantur ſupplices,

plices, frequentiſſimè ſervi, Euripides

——— ἔχει γὰρ καταφυγὴν
θὴρ μὲν πέτραν,
Δοῦλοι δὲ βωμοὺς θεῶν

Ex Seneca in Hercul. Furente verſ. 875. *Euripides:*

Servus apud Plautum. *Ego interim hanc aram occupabo:* refugiebant *ad Aram Salutis*, ſic vocatur *in lib.* 3. *C. de eis qui ad Eccl. confug.* & alibi Theod. & Val. Impp. βωμὸν σωτηρίας appellant: Sic ἐλέου βωμὸς, *Ara miſericordiæ*, qualis fuit Athenis Theoph. *tit. de jur. nat.* §. 1. meminit Pauſanias *in Atticis.*

Plautus. ad Aram confugere. Ara Salutis. Ara Miſericordiæ. *Theophilus.* *Pauſanias.*

Aſyli jus ad ſtatuas Principum,

cipũ productum eſt, quod his qui ad eas confugiſſent tutiſſimũ fuit aſylum, hinc

ad Statuam confugere.

ad Statuam confugere. Suet. *in Tib. cap.* 57. Plin. *lib.* 10. *Epiſt. ad Trajanum l.* 2. *ff. de his qui ſunt ſui, &c. l. unic. C. de his qui ad Stat.* & Cod. Theod. *eod. leg.* 1. *ff. de off. præf. urb. l.* 17. §. 12. *de ædilit. ed. l.* 28. *de pœnis. l.* 5. *ff. de extraord. criminibus.*

Theſei Aſylum

Plutarchus.

Nec diis modo is honos, ſed etiam heroibus quibuſdam, ut Theſeo Athenis, Plutarchus, κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ πόλει, παρὰ τὸ νῦν γυμνάσιον, ἐστὶ δὲ φύ-

ξιον

ξιον οἰκέταις καὶ πᾶσι τοῖς κα-πȣνοτέρας καὶ δεδιόσι κρείττονας. Itemque Regibus, uti Decium Magium Cyrenas tempeſtate delatum, ad ſtatuam Ptolæmei Regis confugiſſe Livius tradit, *lib.* 23. Romæ haud ita frequens ille mos, nec liberâ Republicâ quidpiam reperitur præter Romuli Aſylum. Initium ei fuit à Templi Iulii Cæſaris quod Trium-viri extruxêre, cum hoc Iure, ut perfugium in eo cunctis eſſet, Dio. *lib.* 47. ἀπηγόρευσαν δὲ μηδένα ἐς τὸ ἡρῷον αὐτοῦ

Livius.

Templum Iulii Cæſaris

Dio.

κατα-

καταφυγόντα ἐπ' ἀδείᾳ μήτε ἀνδραλιτείας, μήτε, συλᾶας, ὅπερ οὐδὲ τῶν θεῶν, πλὴν τῶν ἐπὶ τοῦ Ῥωμύλου γινομένων, ἐδεδώκεσαν. *Dixere etiam Triumviri ne quis, qui impunitatis causâ in templum D. Iulii confugiſſet, inde ejici vel abripi poſſet quod autem ne Deo quidem cuiquam conceſſum, exceptis iis quæ ad Romuli aſylum pertinent* : Dionyſius tamen

Halicar-naſſeus. Halicarnaſſeus 4. *Antiq.* notat præter Romuli Aſy-

Tem-plum Dianæ. lum, etiam Dianæ in Aventino monte Templum idem jus habuiſſe.

Sub

Sub Imperatoribus maximè id invaluit, nec templa ſolùm, ſed ſtatuas eorum imagineſque paſſim perfugium, ſervis Seneca *de Clementia lib.* 1. *Seruis ad ſtatuam licet confugere cùm in ſervum omnia liceant, eſt aliquid quod in hominem licere commune jus animantum vetat.* Etiam Ingenui confugiebant inimicitiâ adfecti, Suetonius *in Auguſto. Antonius Iuvenem ſimulacro divi Iulii ad quod poſt multas & irritas preces confugerat abreptũ interemit.* In *Tiberio* dicitur *Agrippinam noviſſimè calum-* Seneca. Suetonius.

niatus modo ad ſtatuam Auguſti modo ad exercitus confugere velle, reſque eò invaſit ut non periculi ſolùm fuga, imago Imperatoris eſſet, ſed calumniæ occaſio, eâ arreptâ inferre injuriam licebat, non ſolùm vitare. Hinc Tacitus 3. *Annal. Incedebat deterrimo cuique licentia impune probra & invidiam in bonos excitandi arreptâ imagine Cæſaris: libertíque etiam ac ſervi patrono vel domino cùm voces vel manus intententarent ultrò metuebantur.*

Tacitus.

Philoſtratus. Philoſtratus de *vita Apollonii*

*lonii lib.*1. *Erat*, ait, *apud Aſpendios Aſylū Tiberii,ſtatuæq; ſanctiores illis in locis venerabilioreſque quàm Iovis Olympii ſimulachrum habebãtur. Ita ut impietatis damnatus quidam fuerit quod ſervum ſuum verberaſſet qui dragmam argenteam Tiberii imagine ſignatam geſtabat.*

Id autem Ius adeò obtinuit,ut etiam qui confugas ab Eccleſia abduceret teneatur Majeſtatis ex Conſt. Imperator. Honor. & Theodoſ. *l.* 2.*C.de his qui ad Eccleſiam confugiunt* : hinc templa & altaria ad tuitio- Pœna confugas invadentium.

nem confugientium propoſita, *l.* 2. *C. eod.* ubi ſtatuitur *ne in extrahendo eos conetur quiſquam ſacrilegas manus immittere, ne qui hoc auſus ſit, eum diſcrimen ſuum videat, ad expetendam opem ipſi quoque confugiant, & capitalis pœna propoſita ſi qui eos conentur invadere. d. l.* 2. §. 2. quia confugæ religione innixi, cujuſcunque conditionis ſint etiam publici debitores expelli aut trahi aut protrahi vetantur, his qui hoc moliri aut facere, aut nuda ſaltem cogitatione atque tractatu auſi fuerint tentare,

re, capitali & ultimi ſupplicii animadverſione plectẽdis, Conſt. 7. Leonis *in l. 6. §. 1. & 4. C. eod.* ubi nedum privatus ſed publicus etiam debitor jure aſyli frui poteſt.

Nunc autem profugium illud vetitum, primus Tiberius Aſylum ſuſtulit tanquam malefaciendi anſam, Suet. *in Tib. cap. 37. Itaque ſubvenerunt mox leges & ne ad ſtatuas vel imagines quis confugiat Senatus cenſuit, eumque qui imaginem Cæſaris in invidiam alterius protuliſſet, in vincla publica coerceri. Divus Pius* Suetonius.

Calliſtratus. *reſcripſit*, ait Calliſtratus, *in l. 28. ff. de Pœnis*, §. 7. *ad ſtatuas confugere, vel imagines principum in injuriam alterius prohibitum eſt.* Cùm enim leges omnibus hominibus ęqualiter ſecuritatem tribuant: meritò viſum eſt in injuriã potius alterius, quam ſui defenſionis gratia ad ſtatuas vel imagines Principum confugere, & facit quod Scevola ait *lib. 4. Regul. Senatuſc. cautum ne quis imaginem Imperatoris in alterius invidiam portaret & qui id fecerit, in vincula publica mitteretur*, vid. *l. 5. ff. de extra-*

ord.

ord.criminib. ubi Vlp. ait *in* *Vlpianus*
eum ſeverè animadverti, cujus inſtinctu ad infamandum dominum ſervus ad ſtatuam confugiſſe compertus erit, & vid. Quod Valent. Theodoſ.& Arcadius *in l. unic. C. de his qui ad ſtatuas confug.*

Tria autem genera hominum ad aſyla confugiebant, *Malefici, Servi*, de quibus jam, item *Obærati*, Tacitus 3. *Annal. Complebantur templa peſſimis ſervitiorum, eadem ſubſidio obærati adverſum creditores, ſuſpectique capitalium criminum receptabantur:* De *Maleficis*, *Serviſque* Plu-

Plutarchus. tarchus περὶ δεισιδαιμονίας, ἔστι δούλῳ φεύγοντες, ἔστι καὶ λῃσταῖς ἀβέβηλα πολλὰ τῶν ἱερῶν, καὶ πολεμίους φεύγοντες, ἂν ἀγάλματος λάβωνται ἢ ναοῦ, θαῤῥοῦσιν. De *Obæratis* idem *libello de vitandis uſuris* ἡ μὲν γὰρ Ἄρτεμις ἡ ἐν Ἐφέσῳ τοῖς χρεώσταις ἀπὸ τῶν καταφύγωσιν εἰς τὸ ἱερὸν αὐτῆς, ἀσυλίαν παρέχει καὶ ἄδειαν ἀπὸ τῶν

Saluſtius δανείων, & Saluſtius eleganter de *Pompeio Epiſtolâ ad Cæſarem, Eóque per omne tempus belli quaſi ſacro atque inſpoliato fano, debitores uſi*; adde

Pollux. quæ de *Aſylis* Pollux, εἰ δὲ

ἢ

καὶ ἄσυλόν τι εἴη τοῦτο τὸ χρησφύγετον λέγε, τὸ φύξιμον, καὶ ἱεροὺς ὅρους, ἐφ᾽ ὅσον τοῖς οἱ κέταις ἀσφάλεια.

De Aſylis. vid. P. Greg. *ſyntagm. lib.33.cap.21.*

Æmilius Probus author eſt, Pauſaniam Lacædemoniorum Ducem cùm proditionis accuſaretur, in tẽplum Palladis Chalciæcæ confugiſſe quod inviolabile fuerat; & fabulis traditũ eſt Oreſtem cùm matrem occidiſſet & à tribus Furiis inſectaretur in templum Apollinis confugiſſe, nec ingredi auſas Eumenides, *Æmilius Probus.*

ſed expectaſſe dum exiret: hinc Virgilius 4.

—— *ultriceſque ſedent in limine Diræ*

Alciat.Parerg.*lib.7.cap.6.*

In commendationem eorum qui bene de Repub. merebantur ſtatuæ pro roſtris olim etiam erigebantur, ad quas tanquam ad ſacrum Aſylum qui fraudem aut ſcelus commiſerant, ne in carcerem detruderentur, confugiebant, ut refert Plinius. Plinius *in Epiſt. de Callidromo.*

In cri-

In criminalibus cauſis non ſervatur Ius Aſyli.

VEtuit Iuſtinianus Ius Aſyli homicidis ſervari, mandavitque Præſidibus Provinciarū, *ne* ἀσφάλειαν, id eſt, *ſecuritatem ex ſacris locis illis concederent:néve*, τοὺς καλουμένους λόγους, id eſt *quod vocant* Salvum Conductum *facile darent*, Author, *de mand. Princip.* 17. *col.* 3. *cap.* 7. & *Nov.* 37. *col.* 4. Item Adulteris *Nov. Conſt.* 117. *col.* 8. § *fin. non enim debent ejuſmodi perſonæ in venerabili loco munimen habere,*

Ius Aſyli homicidis nō ſervatur

Lucius Capit. 8. *Carol. Magni.*

quum ipſi per ſcelus proprium deſpexerunt: Templorum enim cautela non nocentibus ſed læſis datur à lege & non erit poßibile utrumque tueri cautelâ ſacrorum & lædentem & læſum, Harmenop. Harmenop. οὔτε ἀνδροφόνοις, οὔτε μοιχοῖς, οὔτε παρθένων ἅρπαξιν ἁμαρτάνουσι, τὴν ἐκ τῶν ὅρων φυλάξεις ἀσφάλειαν, ἀλλὰ κἀκεῖθεν ἑλκύσεις, ἀλλὰ καὶ τιμωρίαν αὐτοῖς ἐπάξεις, ὅτι ἡ ἐκ τῶν ἱερῶν ἀσφάλεια, οὐ τοῖς ἀδικοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀδικουμένοις δίδοται παρὰ τοῦ νόμου. *Neque homicidis, neque adulteris neque virginum raptoribus delin-*

quentibus,

Digitized by Google

quentibus, quæ de terminorum cautione & tutelâ traduntur obſervabis, ſed & jure extrahes, & pœnam meritam irrogabis. Quæ enim ex ſacris cautio & immunitas competit, non injuria afficientibus, ſed affectis à lege conceditur. lib. 2. tit. 9. 1. 3.

Cui ſententiæ illud Exodi *cap. 21.* convenit, *ſi quis* ἐπιθῆται, id eſt, *dedita opera occiderit proximum ſuum & per inſidias ab altari meo evelles eum ut moriatur Cap. 1 extr. de homicid.* Idem Deuteronomii *cap. 19. de eo qui caſu quive inſidiis hominem occiderit.* Item Numer. 35. & Ioſ. 20. & Deuter,

Quibus nõ proficiat Ius aſyli *vid. Petr. Greg. 33. Syntag. 22.*

Deuter.4.3. Reg.1.2.ex quibus patet fuiſſe Aſyla apud Iudæos,ſed iis tantum proderant, qui nolentes ſanguinem effuderant: Hodie aliud Iure Pontificio obſervatur quo omnibus facinoroſis immunitas Eccleſiarum ſalva conceditur, *cap. Inter alia de Immun. Eccleſ.*exceptis publicis latronibus aut nocturnis depopulatoribus, quo nomine adverſus ipſos Pontificios canones invehitur quod cauſam quandam delinquendi præſtare videantur tam facili, tam parata ad

evaden-

evadendum via. Quid?ad templa perfugere, ut eo ſubſidio quis ad flagitia utatur?

Hic mos ad Eccleſias, ad aram, ad aſylum confugiendi in Gallia obſolevit, Conſtit. Franciſci I. *Rubric. des Immunitez de l'Egliſe, art. 166. Periniquum enim eſt aſylo excipi eos, quorum ſcelera ſuos authores in exilium abegerint*, Iohannes Lucius *eod. tit. placit. 1. Imo verò is qui ob æs alienum nexu corporis & fortunarum ſeſe alligaverit, etiam in loco ſacro poſſe comprehendi.* pridie Calēd. Iulii 1539. judicatum

Ius Gallicum de Iure Aſyli.

Lucius.

catum eſt,adſtipulantur *l.*1.

Cap. Caroli Magni. 2.& 3.*C. eod.tit.* Idem quod Iuſtinianus trecentis annis ante eum de homicidis ſtatuerat, ut notat etiam Carolus Mol. *lib.*8. *Reſp.*145. *Bugnonius.* *ad conſilia Alex.*vid.Bugnon. *leg.abrog.lib.*1.*cap.*16. Papon. *lib.* 1. *Placit. tit. des choſes ſacrées, arreſt* 16. 17. 18. & *ſeqq.* *Capitular.lib.5. Cap.122.* *ut homicidæ vel cæteri rei, qui legibus mori debent, ſi ad Eccleſiam diffugerint, non excuſentur, neque eis ibidem victus detur.*

FINIS.